3. Eadem, Jove ramulum quoque d. tenente, e quo hordei spica surgit, et uvæ racemus dependet ; litteris infra aliis.
4. Eadem, litteris sub uvæ racemo aliis.
5. Eadem, sine litteris sub tauro, at cum littera sub sedili in altera parte.
6. Sigillum simile (Jovis), facie d. sp. capillis religatis, chlamyde brachio s. circumvoluta, d. sceptro sphærularum innixa, ante, hordei spica surgente, pone, litteris iisdem adscriptis, et sub sedili littera I Phœnicia.—Leo bovem Indicum jugulans, capitibus sibi invicem adversis, supra, clava, et infra, castello duplici propugnaculis munito.
7. Eadem, pro clava litteris XXI Phœniciis circumscriptis ; et alia littera sub sedili in altera parte.
8. Sigillum simile (Jovis) s. sp. s. ramulum, e quo hordei spica assurgit et uvæ racemus dependet, tenentis, et d. baculum bovis capiti facie adversa sub sedili exstanti innixum, ante, poculo, et pone, aquila humero d. instante, adscriptis infra litteris iisdem, in circulo radiato.—Sigillum, facie barbata, capite galeato seu mitrato, corpore, cruribus, pedibus, et brachiis vestitis (Herculis) sedili s. insidentis, et spiculum utraque manu tractantis, pone, litteris Phœniciis, et ante, arcu Scythico tenso infra, et supra, disco seu circulo alato, qualis in templorum Ægyptiorum frontibus exstat.
9. Eadem, in quibusdam integriora, bovis Indici parte anteriore s. sp. pro bovis capite facie adversa in sedili.
10. Sigillum (Jovis) et litteræ similes.—Leo cervum, quomodo taurum supra in 1, &c., jugulans, d., supra, litteris iisdem, et infra, posteriore tantum.
11. Eadem, atque in 8, sigilli facie obversa, sine bovis capite in sede.—Sigillum viri nudi et barbati stantis, et alium barbatum ad s. stantem, corpore vestito, et d. elevata, d. porrecta adloquentis, interposito altari vel candelabro et litteris Phœniciis quæ sunt in altera parte præcedentis 9.
12. Caput barbatum et galeatum (Martis) s. sp., ante, crux circulo dependens, et pone, litteræ quæ pone Jovis sigillum in præcedentibus.—Caput imberbe facie obversa, capillis sparsis, et collo monili ornato.

13. Sigillum facie barbata d. sp. pectore nudo, cæteris vestitis, (Jovis) sceptro s. innixi et avem d. porrigentis, ante, litteris ΣO, et pone, Phœniciis quæ supra in aliis.—Sigillum facie barbata s. sp. corpore nudo, in avem, alis e disco utrimque expansis, desinens, et coronam d. attollens, quale in Persepolis ruderibus exstat.
14. Castellum turribus et propugnaculis munitum, et subter, duo leones a se invicem utrimque aversi.—Vir facie barbata, capite tiara Persica coronato, et corpore Persice vestito, leonem unicornem erectum, cornu s. manu præhenso, d. pugione armata, a d. oppugnans, in quadrato incuso.
15. Eadem atque supra in 10, grypho pro leone cervum jugulante, et aliis infra litteris.
16. Sigillum facie barbata, corpore inguine tenus nudo, (Jovis) sedili d. insidentis, s. sceptro innixi, a d. hordei spica assurgente et uvæ racemo dependente.—Lupi pars anterior s. sp., et pone, lunula, in globulorum circulo.
17. Eadem, in quibusdam integriora, quadratis globulorum lineis.

(F)

1. Sigillum barbatum et tiara coronatum, corpore vestito, in carpento a binis equis d. tracto, juvene imberbi et tunicato aurigante, atque alio pedum d. attollente pedite sequente, supra, litteris Phœniciis.—Navis longa super undas d. sp. supra, binis litteris Phœniciis pene detritis.
2. Caput barbatum olivæ ramulo coronatum (Herculis) s. sp.—Navis longa super undas s. sp. supra, tribus litteris Phœniciis.
3. Caput barbatum, galeatum, et laureatum, s. sp.—Navis, infra, undis, et supra, litteris duabus Phœniciis.
4. Eadem, minus integra, et formæ minoris.
5. Navis, et infra, equi alati pars anterior s. sp. in piscem desinens.—Sigillum facie barbata s. sp., capillis pone demissis, pectore nudo obverso, in piscem infra desinentis cujusdam, d. delphinum et s. arcum ferentis, superscriptis litteris binis Phœniciis.
6. Caput barbatum, galeatum, et laureatum, s. sp.—Navis longa, infra, undis, et supra, litteris binis Phœniciis, in quadrato lineis sphærularum definito in quadrato incuso.
7. Navis similis, et infra, undæ.—Vir leonem oppugnans ut supra, in quadrato incuso.
8. Eadem, O inter virum et leonem.

PHŒNICUM NUMMI FABRICÆ SERIORIS.

(A)

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Navis prora d. sp. supra, ЄN, et infra, litteris Phœniciis.

(B)

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Cornucopiæ duplex, adscriptis litteris Phœniciis.
2. Caput simile.—Navis prora d. sp., supra et infra, litteris Phœniciis.
3. Caput simile, capiti imberbi tiara cincto (Junonis) junctum, utrumque s. sp.—Navis prora, supra et infra, litteris Phœniciis.
4. Caput imberbe velatum s. sp. tiara redimitum.—Sigillum cujusdam, facie imberbi, corpore palliato, d. sp. stantis, cubito s. columnæ innixi, d. navis aplustrum præferentis, et s. arcum et sagittam tenentis, adscriptis hinc inde litteris Phœniciis.
5. Eadem fere.
6. Caput imberbe turritum s. sp. ante, O.—Sigillum facie imberbi, d. elevata, corpore ad pedes usque muliebriter vestito, d. gradientis cujusdam, hinc inde litteris Phœniciis.
7. Capita bina imberbia, hoc laureatum, illud tiara cinctum, genis conjunctis s. sp., et ante, littera.—Cornuacopiæ bina, infra conjuncta, interscriptis supra, litteris Phœniciis, et subter, ΔI.

PERSARUM REGUM ACHÆMENIDUM.

(A)

N 1. Sigillum barbatum, tiara et veste Persica, genu d. flexo, arcum tensum s. præferentis cujusdam et hastam d. tenentis, s. sp.—Incusum informe.

(B)

Æ 1. Eadem, opere elegantiori.
1. Sigillum simile in actu sagittandi, pharetra ex humeris dependente.—Eques corpore vestito, capite tecto, facie barbata, hastam d. vibrans, equo s. decurrente, pone, circulo, et infra, delphino; opere pereleganti.
2. Eadem, opere antiquiore, sine delphino, alia regis facie, et alio capitis ornatu.

(C)

1. Eadem, atque in A. 2. Item. 3. Item.

(D)

Æ 1. Eadem.

ASIÆ ULTERIORIS.

ANTIOCHIÆ AD DAPHNEN.

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Sigillum facie barbata, corpore inguine tenus nudo, (Jovis) sedili d. sp. insidentis, s. sceptro innixi, d. Victoriolam præferentis, ante, cornucopiæ et , hinc inde .. ΝΤΙΟΧΕΩ ... ΤΗΣ .... ΗΤΡΟΠΟΛΕ ...., et infra, ΙΘ.

2. Eadem fere, minoris formæ, et sine appositis ante et infra.

3. Item.

4. Caput imberbe turritum s. sp.—Sigillum (Jovis) simile navis proræ insidentis, et super Bellonæ seu Minervæ pugnantis icunculam d. coronam protendentis, litteris infra detritis.

5. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Aries s. currens et stellam pone respiciens, infra, ΔΜ, et circumscriptis ΑΝΤΙΟΧΕΟΝ ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ.

6. Caput imberbe turritum s. sp. circumscripto ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.—Aries s. currens, et stellam pone inter lunæ cornua respiciens, circumscriptis ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ, et infra, ΕΤΔΡ.

7. Eadem.—Arca foliis et infulis cincta, tres conos, medio majore, sustinens, pedibus caprinis seu ovillis, infra, ΕΤ . ΗΡ.

8. Eadem fere, infra, ΕΤ · ΔΙΡ.

9. Item, infra, ЄΤ ϚΚΡ.

10. Caput imberbe turritum s. sp.—Tripus, adscriptis hinc inde Ζ Κ, et ultra in margine ... ΝΤΙΟΧΕ ... ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ .. ΑΥΤΟΝΟΜΟ ...

11. Eadem, adscripto ΑΝ in monogr., et hinc inde in margine ΑΝΤΙΟΧΕ ... ΤΗΣ ..... ΤΡΟΠΟΛΕΩ ...

12. Caput imberbe vitta redimitum s. sp.—Lyra pentachorda, circumscriptis ΑΝ .. ΧΕ ΕΤ ...

13. Eadem, circumscriptis ΑΝΤΙΟΧΕ ΕΤ ΔΙΡ.

14. Caput imberbe laureatum d. sp. circumscriptis ΑΝΤΙΟΧЄѠΝ ΤΗϹ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄѠϹ.—Lyra hexachorda, circumscriptis ЄΤΟ .. Α ΖΟΡ.

15. Caput simile s. sp.—Lauri ramus, circumscriptis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΙΡ.

16. Caput imberbe vittatum et radiatum (Antiochi IV. regis) s. sp.—Sigillum barbatum, laureatum, et palliatum, coronam d. super tripodem porrigentis cujusdam, adscriptis hinc inde ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΙ.

17. Eadem, sub tripode ΠΑ in monogr.
18. Eadem, ante, X tantum, formæ majoris.

ANTIOCHIÆ AD CALLIRHOEN.

Æ 1. Caput vittatum et radiatum (Antiochi IV. regis) s. sp.—Sigillum barbatum et laureatum cujusdam ad cincturam usque nudi d. stantis, sceptro s. innixi, et d. aquilam præferentis, hinc inde ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΚΑΛΛΙΡΟΗΙ, et monogr. ante in margine.

APAMEÆ.

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum s. sp.—Sigillum barbatum et palliatum d. sp. cujusdam d. galeam præferentis, et s. sceptro innixi, pone, ΑΠΑΜΕΩΝ, et ante, ΓΞΡ et symbolo.

2. Caput imberbe hedera coronatum (Bacchi) s. sp. pone ΜΕ in monogr.—Thyrsus, adscriptis hinc inde . . . ΑΜΕΩΝ . . ΗΣ ΙΕΡΑΣ . . . . .

3. Caput imberbe galeatum, pectore tenus, (Minervæ) s. sp.—Victoria alata d. gradiens, infulam d. porrigens, et palmæ ramum s. tenens, pone, ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ, et ante, ΕΟΣ.

4. Caput imberbe turritum s. sp.—Sigillum armatum d. gradientis cujusdam, d. porrecta, et capite retroverso, pone, ΑΠΑΜΕΩΝ, et ante, ΓΞΡ.

5. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Elephas s. sp. supra et infra, . . ΠΑΜΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑ . . ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ, ante, ΜΣ, infra, litteris detritis.

6. Caput imberbe vittatum (Antiochi Hieracis) s. sp.—Sigillum corpore vestito, modio in capite, stantis cujusdam, d. quiddam præferentis, et s. quiddam attollentis, d. sp. hinc inde ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΑΞΙΩΙ, et subter, ΔΙ.

ARADI.

(A)

Æ 1. Caput imberbe turritum, velatum et monili ornatum, s. sp.—Victoria alata d. sp. palmæ ramum s., et navis aplustrum d. ferens, pone, ΑΡΑΔΙΩΝ, ante, ΑΝΡ, littera Phœnicia, et ΑϹ, in corona laurea.

2. Eadem, ante, ΖΞΡ, littera Phœnicia, et Α . . .

3. Item, ante, ΟΡ, littera Phœnicia, et . . . Σ.

4. Item, — ⊊qP, litteris Phœniciis binis, et ΚΣ.
5. Item, — HqP, Λ, et A.

(B)

1. Cervus s. sp. palmæ arbori adstans, ante, ΑΡΑΔΙΩΝ.—Apis, et hinc inde, q RE.
2. Eadem, hinc inde, ΘΥ Ʃ.
3. Item, Π Μ.

BERYTI.

(A)

Ꭿ 1. Caput imberbe galeatum, capillis sparsis, facie obversa, monili et auripendentibus ornatum.—Sigillum facie barbata d. sp. pectore nudo obverso (Jovis), d. sceptro, adsurgente hordei spica et dependente uvæ racemo, innixa, littera Σ infra inter pedes sedilis extante.
2. Eadem, pone sigillum littera B, et inter pedes sedilis M.
3. Eadem, inter pedes sedilis †.
4. Eadem, inter pedes sedilis Σ.
5. Eadem, super B galea cristata, et in altera parte hinc inde I et Σ.
6. Eadem, pro galea hederæ folio, et inter pedes sedilis ΠΊ, sive littera, sive monogrammate; sine I et Σ in altera parte.
7. Eadem, hederæ folio pone caput galeatum, et sub B in altera parte, atque inter pedes sedilis littera T.

(B)

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Quadriga, equis in pisces desinentibus, et litteris supra detritis.

COMMAGENÆ.

Æ 1. Equites duo juvenes imberbes et chlamydati, d. sp.—Capri pars anterior s. sp. in piscem desinens, supra, stella, et circumscripto ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ, in corona laurea.
2. Eadem, sub capro anchora.
3. Eadem, formæ minoris.
4. Capri pars anterior s. sp. in piscem desinens, et supra, stella.—Scorpio d. sp. et supra, stella.
5. Anchora, circumscripto ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.—Dextræ duæ junctæ caduceum interpositum tenentes, adscripto supra et infra, ΠΙΣΤΙΣ.

CYRRI.

Æ 1. Caput imberbe vitta cinctum (Alexandri I. regis) s. sp.—Sigillum imberbe, pectore nudo, d. sp. cujusdam coronam d. porrigentis, pone, ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ, et ante, ΔΞΡ, AT in monogr. et noctua.

2. Caput idem.—Sigillum capite galeato imberbi, corpore muliebriter vestito, (Minervæ) d. sp. d. Victoriolam præferentis, et s. hastæ innixæ, pone, clypeo et ΔΞΡ, ante, ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ, et monogr.

DORÆ.

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Sigillum capite turrito imberbi, corpore muliebriter vestito et obverso, cujusdam d. navis antennam, s. cornucopiæ tenentis, adscripto ΔϢ....

LAODICEÆ AD LIBANUM.

(A)

Æ 1. Caput imberbe velatum, turritum, et auripendentibus ornatum, s. sp.—Sigillum facie barbata, corpore inguine tenus nudo, sedili insidentis cujusdam, d. sp., d. Victoriolam præferentis, et s. sceptro innixi, infra, ΠΑ in monogr., subter, ΚΑ, ante, ΙΒ, et hinc inde, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, in corona laurea.

(B)

Æ 1. Caput imberbe velatum et turritum s. sp.—Sigillum facie imberbi, corpore muliebriter vestito, Fortunæ, modium in capite, gubernaculum d. et cornucopiæ s. tenentis, d. sp., adscripto ante, ΔΚ, et hinc inde in margine ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙ....

2. Caput simile, litteris circum fere detritis.—Victoria alata d. gradiens, coronam d. præferens, et ramum s. gerens, pone, ...ΚЄϢΝ.

3. Eadem fere.

LAODICEÆ AD MARE.

Æ 1. Caput imberbe velatum et turritum, s. sp.—Victoria alata d. gradiens et vittam d. præferens, ante, Ξ, et hinc inde in margine ΛΑΟΔΙΚΕ.... ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΗΙ.

2. Caput turritum, capillis circum religatis, s. sp.—Sigillum facie imberbi, capite galeato, corpore ad pedes usque muliebriter vestito, Minervæ in navis prora d. stantis, et aplustrum d. præferentis, pone, ΛΑ, et ante, litteris Phœniciis,

PALTI.

Æ 1. Caput vitta redimitum imberbe s. sp.—Sigillum facie barbata obversa, corpore inguine tenus nudo, cornucopiæ s. tenentis cujusdam et saxo quadrato, cui litteræ inscriptæ et detritæ sunt, d. sp. incumbentis, ante, amphora inversa.

2. Caput imberbe hedera redimitum, s. sp. thyrso ex humero s. pone exstante.—Sigillum ejusdem, capite d. sp., urnæ aquam effundenti incumbentis, et arundinem s. tenentis, circumscripto ΠΑΛΤ . . . ΝΩΝ.

PTOLEMAIDIS.

AR 1. Caput imberbe velatum et turritum s. sp., pone, ΠΑ in monogr.—Aquila d. sp. navis gubernaculo insistens, ante, ΣΤ, pone, ϚΞ, et circum, ΠΤΟΛΕ.

RHAPHEÆ.

Æ 1. Leonis caput s. sp.—Eques d. gradiens, et supra, ΡΑ . . . .

SAMOSATÆ.

Æ 1. Aquila, alis expansis, pectore obverso, capite s. sp. stans.—Sigillum facie imberbi, capite turrito, corpore ad pedes usque muliebriter vestito, ramulum d. tenentis cujusdam, et saxo s. sp. insidentis, adscriptis hinc inde, CΑΜΟCΑΤΩΝ ΠΟΛΕΩC.

2. Caput imberbe galeatum (Minervæ) s. sp.—Sigillum facie barbata, corpore inguine tenus nudo, sedili d. sp. insidentis cujusdam, sceptro s. innixi, et pateram d. porrigentis, adscripto ΣΑΜΟ.

3. Leo s. gradiens.—Sigillum facie imberbi, corpore ad pedes usque muliebriter vestito, d. ramulum tenentis cujusdam, et saxo s. sp. insidentis, adscriptis hinc inde, ... ΠΟΛΕΩC.

4. Eadem fere.

5. Item, adscripto . . . . ΜΟCΑ . . . .

6. Eadem fere.

SELEUCIÆ.

(A)

AR 1. Caput imberbe, velatum, turritum, et auripendentibus ornatum, s. sp.—Fulmen cum infula mensæ impositum, subscripto ΖΙ, inde, Μ, et supra et infra, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, in corona laurea.

2. Eadem, subscripto ΓΙ, et inde $\overset{\omega}{\Delta}$.
3. Item, subscripto ΒΙ, et inde Γ.

(B)

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Fulmen, supra et infra, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΕΜ ΠΙΕΡΙΑΙ, et ultra, CΞΡ et ΒΥΤ, in corona laurea.
2. Eadem, fulmine alato, et ultra, monogr. , duo pilei, B et monogr. .
3. Eadem, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ tantum.
4. Eadem, supra et infra, ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, ultra, ΕΞΡ, monogr. , et ΒΥ.
5. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp. in corona.—Caput imberbe velatum et turritum s. sp., pone, ΓΑ, ante, ΙΒ et stella, circumscriptis ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ.
6. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Tripus, hinc inde ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, ultra, Η et ΠΑ et ΜΕ in monogr., atque infra, ΔΞΡ, in corona laurea.
7. Eadem, ultra, Μ et ΛΥ, atque infra, ΕΞΡ.
8. Caput imberbe vitta redimitum (Alexandri I. regis).—Jovis sigillum ut in ejusdem regis A 3, hinc inde ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΕΜ ΠΙΕΡΙΑΙ, et ante in margine monogr.

SIDONIS.

(A)

Ꝛ 1. Caput imberbe, turritum, velatum, et auripendentibus et monili ornatum, s. sp.—Aquila gubernaculo d. sp. insistens et palmæ ramum sub ala d. tenens, hinc inde L ΑΠ, et ΠΑ in monogr., circum, ΣΙΔΩΝΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ.
2. Eadem, sine Α ante Π.

(B)

Æ 1. Caput imberbe, turritum, velatum, s. sp. et pone, navis aplustrum.—Carpentum, conum in quoddam quadratum impositum, et sursum in globum desinentem, avehens, circumscriptis ΣΙΔΩΝΟΣ ΙΕΡΑΣ.
2. Caput simile, pone, ΛΕΝ, et aliis circum litteris detritis.—Sigillum imberbe, ad pedes usque muliebriter vestitum, navi d. sp. insistentis cujusdam, gubernaculum d. et antennam s. tenentis, subscriptis ΣΙΔΩΝΙΩΝ, et infra, litteris Phœniciis.
3. Caput simile, ante, navis aplustro et litteris Phœniciis.—Navis s. sp. supra, ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ, et infra, litteris Phœniciis.
4. Eadem fere. 5. Item.

6. Sigilla quæ supra in 2, minoris formæ, et navi superscripto ZMC.

TRIPOLIS IN LYDIA.

Æ 1. Caput imberbe, velatum, et turritum, s. sp., pone, galea et navis antenna.—Victoria navis proræ s. insistens, s. palmæ ramum ferens, et d. coronam porrigens, ante, ΗΠ et stella, pone, ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ.

TYRI.

(A)

Æ 1. Caput imberbe oliva coronatum (Herculis) s. sp.—Aquila d. sp. navis gubernaculo insistens, et palmæ ramum ala d. sustinens, ante, B et clava, pone, monogr. , et circum, ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ.

2. Eadem, ante cum clava OΘ, et pone, monogr.
3. Item, - - ZC, et monogr.
4. Item, - - MϚ, et - K P.

(B)

1. Eadem, - - A M, et - Δ.

(C)

Æ 1. Caput simile.—Clava in monogramma litteras ΤΥΡ continens superne desinens, hinc inde, adscriptis ΜΗΤΡΟΠΟΛΕѠΣ, et infra, ΔΚΣ ΙΡ . ., in corona quercea.

2. Eadem, adscripta hinc K, inde littera Phœnicia, circumscripto ΜΗΤΡΟΠΟΛΕѠΣ, sine litteris infra.
3. Eadem, hinc inde litteris Phœniciis, sine Græcis præter monogr.
4. Caput imberbe, velatum, et turritum, d. sp. palmæ ramum humero s. ferentis cujusdam.—Palma fructifera, hinc Γ, inde . . Σ, et circum, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕѠΣ ΙΕΡΑΣ.

ANTIGONI REGIS.

Æ 1. Caput barbatum, herba marina coronatum (Neptuni) s. sp.—Sigillum facie imberbi, corpore nudo androgyno, (Apollinis) navis proræ d. sp., s. innixa, insidentis, et d. arcum tensum præferentis, navis lateri inscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, et subter, monogr.

2. Eadem fere.

SELEUCI I. REGIS.

(A) 4 dr. Att.

Æ 1. Caput imberbe pelle leonina tectum s. sp. (Herculis, vel ipsius forte regis, ejus habitu ac persona).—Sigillum facie barbata, corpore inguine tenus nudo, (Jovis) sedili d. sp. insidentis, s. sceptro innixi, et d. aquilam præferentis, ante, monogr. pone, ΣΕΛΕΥΚΟΥ, et infra, K et ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

2. Eadem, monogr. in corona, et ΔΙ pro K.

3. Eadem, sine corona. 4. Eadem.

5. Eadem, Σ pro ΔΙ, et ante, delphino et monogr.

6. Item, lunula pro Σ, et ante, capite imberbi galeato s. sp.

7. Item, pro lunula ΔΙ, ante, M, et Jove Victoriolam pro aquila præferente.

8. Item, pro ΔΙ, M, et ante, monogr.

9. Eadem atque in 1, ante sigillum monogr. , infra, monogr.

10. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Elephas s. gradiens, supra, cuspide, et infra, BA.

11. Caput simile.—Sigillum, facie imberbi, capite galeato, corpore muliebriter vestito, Bellonæ hasta et clypeo pugnantis, in biga elephantum cornutorum s. sp., supra, cuspide, ante, ΜΩ in monogr., pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ, et infra, ΣΕΛΕΥΚΟΥ.

12. Eadem, quadriga elephantum, supra, anchora, et monogr. omisso.

(B) 1 dr. Att.

1. Eadem, quæ in A 5.

2. Eadem, quæ in A 12, adjecto supra, M, ante, monogr. in circulo, et subscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ.

3. Eadem in nummo æreo argento obducto, inscripto ΣΕΛΕΥΚΟΥ tantum.

(C)

Æ 1. Caput imberbe galeatum, (Minervæ) s. sp.—Sigillum imberbe, alatum, (Victoriæ) d. sp. globum s. tractans, hinc inde, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ.

2. Caput imberbe laureatum s. sp.—Taurus Indicus cornupeta d. sp. supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ et monogr. , et infra, ΣΕΛΕΥΚΟΥ.

3. Caput imberbe alatum (Medusæ) s. sp.—Eadem, tauro s. sp., et pro monogr., subter, Ξ.

4. Eadem, sine Ξ.

5. Caput imberbe laureatum s. sp.—Sigillum facie imberbi, capite galeato, corpore muliebriter vestito, (Minervæ) hasta et clypeo s. sp. pugnantis, ante, anchora, et hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ.
6. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Bos Indicus d. sp. stans, supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ, et infra, ΓΥ.
7. Caput imberbe laureatum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum facie imberbi, corpore nudo androgyno, (Apollinis) cortinæ d. sp. insidentis, arcui tenso s. innixi, et sagittam d. præferentis, adscriptis hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ.
8. Eadem, in quibusdam integriora.

ANTIOCHI I. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe pelle leonina tectum (Herculis, vel ipsius regis, ejus habitu et persona) s. sp.—Sigillum quod supra in A 7 Seleuci I, ante, H, pone, ΑΝΤΙΟΧΟΥ, et infra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ et monogr. in circulo.

1. Caput imberbe, vitta redimitum, (ipsius regis) s. sp.—Sigillum facie barbata, capite calvo, corpore nudo, (Herculis) pelli leoninæ saxo superstratæ, s. innixa, insidentis d. sp., d. clavæ imposita, infra, monogr. , hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, et ultra in margine poculo utrimque ansato.
3. Eadem, sine monogr., regis ætate jam provectiore, et Φ pone Herculis sedile.
4. Eadem, sine vase, et globo vel sphæra pro saxo, rege juniore, et opere elegantiore.
5. Caput simile.—Sigillum quod supra, in C 7 Seleuci I., d. binas præferente sagittas, atque adscriptis hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, atque ultra in margine ΗΡ et ΠΑ in monogr.
6. Eadem, sigillo tres sagittas præferente, adstante equo alato, supra, monogr. , et infra , rege jam sene.
7. Eadem, hinc monogr. , inde , et Apollinis d. unam præferente sagittam.
8. Item, pone in margine monogr. , ante, tripode.
9. Item, opere perfectissimo, monogr. et sub cortina.
10. Item, hinc inde in margine monogr. et .
11. Item, rege jam sene.
12. Item, pone in margine ΔΩ in monogr., ante, tripode.
13. Item, rege juniore, et opere rudi, sub cortina equo pascente d. sp. et ante, monogr. et , vitta etiam, qua regis caput cinctum est, alis ornata, ut in Prusiæ II. nummis.

14. Eadem atque in 8, pone, monogr.
15. Eadem, ante, monogr. sine tripode, et pone, monogr.

(B)

Æ 1. Caput laureatum facie obversa (Apollinis).—Victoria alata a d. tropæum ornans, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ . . . . ΙΟΧ . . . ., anchora recusum.
2. Anchora in circulo duplici, circumpositis sex lunulis in circulo cornibus aversis.—Elephas s. sp., supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ, infra, corona et ΑΝΤΙΟΚΟΥ.
3. Eadem quæ supra in A 7, hinc inde in margine, monogr. et .
4. Eadem, in quibusdam integriora.
5. Eadem quæ supra in 2, formæ minimæ.

ANTIOCHI II. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe juvenile vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigilla quæ supra in A 7 Antiochi I, sub cortina clava, pone, monogr. , et ante in margine lampade et monogr.
2. Eadem, sine clava, et in margine ante, M, pone, E.
3. Item, rege ætate jam provectiore, ante in margine monogr. , et pone, .
4. Item, ante in margine monogr. , et pone , opere eximio.
5. Item, - - - , et , opere alio.
6. Item, rege jam seniore, sub cortina tripode, sine appositis.

(B)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Tripus, inde ΒΑ . . . ΩΣ anchora recuso, hinc ΑΝΤΙΟΧΟΥ et arcu Scythico tenso.
2. Eadem, inde clava et monogr. , litteris integris et non recusis.
3. Eadem, formæ minoris, et non recusa, sine clava, et monogr.

SELEUCI II. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum, facie imberbi, corpore nudo androgyno d. sp. (Apollinis), cubito s. tripodi innixo, stantis, d. sagittam præferentis, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, et ultra in margine monogr. et .

2. Eadem, rege ætate jam provectiore, et ante sigillum monogr. , pone, .
3. Eadem, opere elegantiore, pone, monogr. , et ante, .
4. Eadem, provectiore etiam regis ætate, et monogr.

(B)

1. Caput imberbe galeatum (Minervæ) s. sp. — Sigillum ejusdem Apollinis s. arcui tenso innixi, hinc inde iisdem, et ultra in margine monogr. et .

(C)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp. et pone, A P in monogr. —Eadem quæ supra in A 1, ante, monogr. tantum, in nummo serrato.
2. Eadem, pone caput E, ante sigillum AN in monogr.
3. Eadem, quæ supra in B 1, sine monogr.
4. Caput idem, galea diversa.—Victoria alata d. sp. d. coronam prætendens super anchoram, adscriptis hinc inde iisdem.
5. Eadem quæ supra in 3, adjecto ante, monogr.
6. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Tripus laureatus, adscriptis iisdem.
7. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Elephas cum rectore in collo s. sp. adscriptis supra et infra iisdem sine monogr.
8. Eadem, sine rectore.
9. Caput idem.—Sigillum et litteræ ut supra in B 1, hinc monogr. , et inde .
10. Caput idem.—Equus d. gradiens, supra et infra, litteris iisdem sine monogr.
11. Eadem, rege juniore.
12. Eadem quæ supra in 3, formæ minimæ.

ANTIOCHI HIERACIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe, vitta redimitum (ipsius Antiochi) s. sp.—Sigillum et litteræ ut in A 7 Antiochi I. hinc in margine monogr.

(B)

1. Eadem, sine monogr.

SELEUCI III.

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum et litteræ ut supra in Seleuci I. Æ 7, ante in margine monogr. , et pone, U P.

ANTIOCHI III. REGIS.

(A)

N Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum et litteræ ut supra in A 7 Antiochi I, ante in margine rosa, sine monogr.

(B)

Æ 1. Caput imberbe puerile vitta redimitum, (ipsius regis nondum adulti) s. sp.—Sigillum et litteræ ut supra in A 7 Antiochi I., ante in margine tripode, subter, AP in monogr., sine altero pone.
2. Eadem, rege juveni, hinc inde monogr. et , subter, ΛΥΣ, sine tripode.
3. Eadem fere, sub cortina Φ.
4. Eadem, rege ætate jam provectiore, et sigillo sine appositis.
5. Eadem, rege jam sene, et sigilli capiti adscriptis hinc ΠΑ in monogr. inde ΔΙ.

(C)

1. Eadem, quæ supra in B 2, monogr. ante in margine.
2. Caput idem fere.—Elephas s. sp., supra et infra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ .... ..ΙΟΧ..
3. Eadem, rege juniore et litteris integris.

(D)

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Elephas s. sp. cum rectore in collo, ante, tridente, et pone, palmæ ramo, adscriptis supra et infra ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ.
2. Caput imberbe laureatum (Apollinis, sive regis ipsius, dei habitu et persona) s. sp.—Sigillum imberbe et inguine tenus nudum (Apollinis) cortinæ d. sp. insidentis, cubito s. lyræ trichordæ innixi, et sagittam d. præferentis, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, et pone in margine monogr.
3. Eadem, formæ minoris.
4. Eadem fere.
5. Caput simile.—Sigillum et litteræ ut in B 2, ante in margine navis aplustro.
6. Eadem, capite ipsius regis laureato, atque H et HK in monogr. pro navis aplustro.
7. Eadem, formæ minoris.

SELEUCI IV. REGIS.

(A)

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp., et pone, MHE in monogr. et corona.—Sigillum et litteræ ut in Seleuci I. Æ 7, sub cortina .

2. Eadem, sub cortina ΔI.

3. Item, sine corona et monogr. pone caput, atque sub cortina M, et ante in margine infula ramo appensa.

4. Item, sub cortina monogr. , et ante in margine ramo cum corona.

(B)

1. Sigilla et litteræ ut in A 3, detritis sub cortina, et ante in margine monogr. pro ramo et infula.

(C)

Æ 1. Caput imberbe tiara redimitum, capillis pone religatis, et monili ornatum s. sp.—Sigillum et litteræ ut in B 1, sub cortina AP in monogr. et ante, CЄ, et infra, Λ.

2. Eadem, sine appositis, in nummo serrato.

3. Caput simile, hinc inde M P.—Elephantis caput, supra et infra, litteris iisdem partim detritis, in nummo serrato.

ANTIOCHI IV. REGIS.

(A)

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum quod in Seleuci I. Æ 7, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, sub cortina monogr. , sub d. monogr. , et ultra in margine palmæ ramo.

2. Eadem, sub cortina monogr. , ante in margine tripode, pone, lyra dichorda.

3. Eadem, super caput regis stella, sub cortina IA, ante in margine monogr. , sine alio apposito, in corona laurea.

4. Eadem, sine stella, sub cortina HP in monogr., sub d. monogr. , et hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ.

5. Caput idem.—Sigillum facie barbata, corpore tenus inguine nudo, (Jovis) sedili d. insidentis, s. sceptro innixi, et d. Victoriolam coronam ipsi porrigentem præferentis, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, et subter, monogr.

6. Eadem, sedili alio.
7. Item, subter, M, et additis in margine ante, ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ, et palmæ ramo.
8. Item, subter ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ, et monogr. ante in margine, atque Victoriola extra versa.
9. Eadem, opere alio.
10. Eadem quæ in 7, pone caput monogr. , et sub sedili ΑΓ.

(B)

1. Sigilla et litteræ ut in A 1, addito ante, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, sine alio apposito.
2. Eadem, in quibusdam integriora.

(C)

1. Caput idem, radiatum.—Tripus, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ.

(D)

1. Caput idem, vitta tantum redimitum.—Thyrsus, et hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ........

(E)

Æ 1. Caput barbatum et laureatum, cum flore Ægyptiaco in fronte (Jovis) s. sp.—Aquila fulmini insistens s. sp. hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ.
2. Eadem, capite minore.
3. Item, opere alio. 4. Item.
5. Caput imberbe, herba et flore Ægyptiaco redimitum, s. sp. capillis in cincinnos pone per collum diffluentes accurate dispositis.—Eadem quæ supra in 1.
6. Eadem, in quibusdam integriora.
7. Caput imberbe radiatum et vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Eadem.
8. Eadem, sine ΘΕΟΥ, aquila d. sp. et ala d. sceptrum sustinente.
9. Sigilla quæ in A 8, Jovi hinc inde adscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ tantum.
10. Caput ut supra in 7.—Sigillum facie imberbi, corpore nudo s. sp. (Apollinis) arcum tensum s. præferentis, et d. sagittam e pharetra pone appensa protrahentis, adscriptis hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ.

11. Caput idem.—Sigillum facie imberbi, corpore muliebriter vestito, d. sp. stantis cujusdam, sceptro d. innixi, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

ANTIOCHI V. REGIS.

Æ 1. Caput imberbe puerile, vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum quod supra in Antiochi IV. A 8, adscriptis hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, subter, ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ, et ante in margine monogr.

2. Caput simile, litteræ eædem, monogr. , at sigillum Apollinis cortinæ insidentis ut in priorum regum plurimis, et pone, clava.

DEMETRII I. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe, vitta redimitum (ipsius regis) s. sp. in corona.—Sigillum capite imberbi vittato, corpore muliebri ad cincturam usque nudo, sedili ornato d. insidentis cujusdam, baculum d. præferentis, et cornucopiæ s. sustinentis, adscriptis hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, et ante in margine monogr.

2. Eadem, sigillo stolato, et sub pectore cincto, ante in margine monogr.

3. Eadem, ante, ΣΩΤΗΡΟΣ, et subter, ΗΡ in monogr.

4. Eadem, ante, ΠΑ et ΠΔ in monogr. atque subter, ΘΝΡ.

5. Item, ante, ΠΑ et ΗΡ in monogr., atque subter, ΞΡ.

6. Eadem, - - - - ΑΞΡ.

7. Item, sine appositis, - - - ΕΞΡ.

8. Item, opere summo, ante sigillum monogr. et , subter, ΞΡ.

(B)

1. Caput idem.—Cornucopiæ, hinc inde litteris quæ supra in A 3, partim detritis, pone, ΠΑ et ΠΔ in monogr., atque infra, ΞΡ.

2. Eadem, litteris integris, ΠΑ et ΑΝ in monogr., atque infra, ΑΞΡ.

3. Eadem, - ΠΑ et ΗΡ in monogr.

(C)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp., pone exstantibus arcu et pharetra.—Tripus, et hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, in nummo serrato.

2. Eadem, formæ minoris.

3. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Navis prora s. sp., supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΔΝΡ, et infra, ΤΥΡΙΩΝ.

4. Eadem, - - HNP.
5. Item, formæ minoris. 6. Item.
7. Item, litteris subter Phœniciis.
8. Caput idem.—Navis, supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, et infra, ΣΙΔΩΝΙΩΝ et litteris Phœniciis quinque.
9. Caput imberbe tiara redimitum s. sp.—Arcus et pharetra, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, in nummo serrato.
10. Equi caput d. sp.—Elephantis caput s. sp. supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ, et infra, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.
11. Eadem, in nonnullis integriora.

ALEXANDRI I. REGIS.

(A)

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Aquila palmæ ramo d. sp. insistens, pone, tridente, ante, ΓΞΡ, cum monogr. , et circumscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.
2. Eadem, aquila navis gubernaculo insistente, et palmæ ramum ala d. sustinente, ante, clava et monogr. , pone, ΓΞΡ et HP in monogr. .
3. Caput idem.—Jovis sigillum quod in Antiochi IV. A 5, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, ante, monogr. et , et subter, ΔΞΡ.
4. Caput barbatum et laureatum (Jovis Olympii) s. sp.—Fulmen in corona florum et foliorum, supra, ΓΞΡ, monogr. et ΒΑΣΙΛΕΩΣ, infra, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ et monogr.

(B)

1. Caput idem.—Sigillum quod in Seleuci I. Æ 7, hinc inde litteris quæ supra in A 3, atque alibi nullis.
2. Eadem fere, in quibusdam integriora.
3. Item. 4. Item, infra, Θ.

(C)

1. Caput idem, vittatum et radiatum.—Sigillum, facie imberbi, corpore nudo androgyno, (Apollinis) d. sp. stantis, d. sagittam præferentis, et s. arcui innixi, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, et monogr. ante.
2. Eadem fere.

(D)

Æ 1. Sigilla quæ supra in B 1, Apollini hinc inde adscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

2. Caput imberbe galeatum (ipsius regis) s. sp.—Victoria alata d. stans, s. palmæ ramum tenens, et d. infulam porrigens, hinc inde litteris iisdem, ante, monogr. , et ultra in margine hordei spica.
3. Eadem, formæ minoris.
4. Caput idem, pelle leonina tectum.—Sigillum et litteræ ut supra in C 1, ante, palmæ ramo.
5. Eadem, ante, cornucopiæ, et infra, monogr.
6. Caput idem, hedera redimitum.—Victoria alata d. stans, cornucopiæ s. ferens, et navis gubernaculo d. innixa, litteris iisdem sine monogr., in nummo serrato.
7. Eadem, in nonnullis integriora.
8. Caput idem.—Elephas d. sp., supra et infra, litteris iisdem.
9. Caput idem, vitta redimitum.—Noctua facie et pectore obversis stans, hinc inde litteris iisdem, et subter, monogr. , in nummo serrato.

DEMETRII II. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe (ipsius regis) vitta cinctum, s. sp.—Sigillum quod in Seleuci I. Æ 7, opere perelegante, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ et monogr. , inter crura monogr. , et subter, ΗΞΡ.
2. Eadem, sine monogr. inter crura, et subter, . . ΞΡΘ.
3. Caput idem, pone, M.—Sigillum, capite frugibus coronato, facie imberbi obversa, cujusdam, corpore ad pedes usque vestito, et φαλλοις utrimque radiato, hastam d. tenentis, hinc inde stella, et . . . . ΙΛΕΩΣ . . . ΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, atque infra, ΠΑ in monogr.
4. Caput idem, barbatum.—Sigillum Jovis, ut in Antiochi IV. A 8, infra O, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, et ante in margine Ξ.
5. Eadem, infra, Δ.
6. Eadem, infra, monogr. , et subter, ΔΠΡ.
7. Caput imberbe, vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Aquila d. sp. navis gubernaculo insistens, hinc inde Α ΙΕ ΑΣ, pone, ΕΠΡ, ante, clava et monogr. , infra, monogr. , et circum, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.

(B)

1. Eadem, Victoriola Jovi coronam porrigente, et nullis infra et subter litteris.

(C)

Æ 1. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Sigillum quod in Seleuci I. Æ 7, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, atque subter, M et stella.

2. Eadem, formæ minoris, subter, monogr.

3. Item, subter, M et monogr.

4. Caput idem.—Sigillum galeatum et alatum (Minervæ) facie imberbi, d. sp. d. Victoriolam ipsi coronam porrigentem præferentis, s. clypeo innixæ, hasta pone super humerum exstante, atque hinc inde litteris iisdem.

5. Caput imberbe vitta redimitum (Apollinis) s. sp.—Sigillum armatum (Martis forte) facie barbata d. sp. pectore obverso, d. hastæ innixi, hinc inde litteris iisdem, partim detritis.

6. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Navis prora, supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΗΞΡ, et infra, ΤΥΡΙΩΝ cum litteris Phœniciis.

7. Eadem, formæ minoris.

8. Caput idem.—Sigillum quod supra in 1, hinc inde ΒΑΣΙΛ..... ΔΗΜΗΤ.... ΝΙΚΑΤ....

9. Caput idem.—Anchora, et hinc inde ..ΑΣΙΛΕΩΣ ..ΗΜΗΤΡΙΟΥ ..ΚΑΤΟΡΟΣ.

10. Caput idem.—Tripus, hinc inde ...... ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, et subter, ΕΥ.

11. Caput idem barbatum.—Sigillum quod in Alexandri I. C 1, hinc inde ....ΗΜΗΤΡ.... ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ.

12. Caput laureatum et barbatum (Jovis) s. sp.—Victoria alata d. sp. stans, d. coronam porrigens, et s. palmæ ramum ferens, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, ante, litteris Phœniciis, et extra in margine uvæ racemo.

ANTIOCHI VI. REGIS.

(A)

ꝶ 1. Caput imberbe puerile vittatum et radiatum (ipsius regis) s. sp.—Equites duo juvenes pileati, chlamydati et hastati, in stellas pileis desinentibus, d. decurrentes, sub equis ΘΞΡ, supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, infra, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, atque pone, ΤΡΥ, monogr. , et ΣΤΑ, in corona.

(B)

1. Caput idem.—Galea Macedonica s. sp., cornu hircino in fronte ornata, hinc inde litteris iisdem, supra, ΤΡΥ, et infra, monogr.

2. Caput idem.—Sigillum quod in Seleuci I. Æ 7, hinc inde litteris iisdem, inter pedes monogr. , et subter, OP ΣΤΑ.

(C)

1. Caput idem.—Pardus d. gradiens et hordei spicam ore ac d. pedis unguibus ferens, supra et infra, litteris iisdem, et pone caput ΣΤΑ.
2. Caput idem.—Sigillum quod supra, in Alexandri I. C 1.—Hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

(D)

Æ 1. Caput idem.—Sigillum facie imberbi, corpore tunicato, cujusdam, sceptro s. innixa, stantis, et d. in tripodem e lagena libantis, adscriptis hinc inde quæ supra et infra in A 1, litteris partim detritis.
2. Caput idem.—Vas utrimque ansatum, hinc inde litteris iisdem, atque infra, ΙΠ et palmæ ramulo.
3. Eadem, minoris formæ.
4. Caput idem.—Elephas d. sp., lampadem proboscide et stellam cauda ferens, litteris iisdem supra et infra, atque pone, ΣΤΑ, in nummo serrato.
5. Eadem, formæ minoris, cornucopiæ pro stella.
6. Caput idem.—Sigillum facie imberbi, d. sp., capillis religatis (Apollinis) corpore nudo androgyno, tripodi innixo cubito s., stantis, et sagittam d. præferentis, litteris hinc inde iisdem, in nummo serrato.
7. Sigilla et litteræ quæ supra in 2, minoris formæ, et infra, ΑΡ.
8. Pardi pars anterior s. sp.—ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ in hederæ corona.
9. Sigilla et litteræ quæ supra in C 1, in nummo serrato.
10. Eadem, adjecto pone pardum cornucopiæ.
11. Eadem, formæ minoris.

TRYPHONIS REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Galea Macedonica cornu hircino ornata, ante, sacello, et hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

(B)

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Galea Macedonica cornu hircino in fronte ornata, d. sp., ante, stella, et hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

2. Eadem, ante, palmæ ramulo.
3. Item, ante, monogr.
4. Item, ante, pileis binis cum stellis.
5. Item, opere alio.

ANTIOCHI VII. REGIS.

(A)

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum capite galeato imberbi d. sp. (Minervæ) corpore ægide, tunica et stola vestito et obverso, stantis, s. clypeo innixæ et hastam sustinentis, atque d. Victoriolam aversam præferentis, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, et ante, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, atque sub Victoriola monogr. et A, in corona.
2. Eadem, opere alio.
3. Eadem, pro A, AI, et Victoriola coronam porrigente.
4. Eadem, A, et pone adjecto ΦΙ.
5. Eadem, pone, Φ, et Victoriola adversa.
6. Eadem, pro A, Π, omisso Φ, et Victoriola aversa.
7. Eadem, opere alio.
8. Eadem, nummo subærato.
9. Eadem, sub Victoriola ΛΕ et monogr. , atque sub Minerva ⊏ΟΡ.
10. Eadem, sub Victoriola ΛΕ et monogr. , atque sub Minerva ΔΟΡ.
11. Eadem, sub Victoriola monogr. et Π, sine epocha.
12. Caput idem.—Aquila navis gubernaculo d. insistens, et palmæ ramum ala d. sustinens, ante, ΑΡΕ et clava cum monogr. Tyri, pone, ΑΣΥ et ⊏ΟΡ, inter crura monogr. , et circum, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ.
13. Eadem, pone, ΞΟΡ.
14. Eadem, - - - ΑΠΡ.

(B)

1. Eadem, pone, ΗΟΡ. 2. Eadem, ΗΡ.

(C)

1. Caput idem.—Victoria alata d. gradiens, et coronam d. præferens, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, atque ante, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, et in margine Η et Δ.

(D)

Æ 1. Navis prora s. sp.—Tridens, hinc inde litteris iisdem, et infra, ΔΟΡ.

2. Eadem, pileis binis cum stellis super proram, et ΠΑ in monogr. a s. cum tridente.
3. Caput imberbe pectore tenus, floribus redimitum, humeris alatis et facie puerili (Cupidinis) s. sp.—Ammonis ornamentum symbolicum, hinc inde litteris iisdem, ante in margine monogr. , et subter, stella et ΕΟΡ.
4. Eadem, sine stella.
5. Leonis caput s. sp. ore hiante.—Clava, supra et infra, litteris iisdem.

ALEXANDRI II. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Jovis ut in Antiochi IV. A 8, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, sub sedili Δ, et ante in margine monogr.
2. Eadem, sub sedili stella super Σ, et ante Victoriam monogr.

(B)

1. Caput idem.—Cornucopiæ duplex infulis ornatum, inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ, hinc monogr. , Σ, et ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

(C)

1. Caput idem.—Anchora, hinc inde litteræ eædem, subter, A, ante, monogr.

(D)

Æ 1. Eadem atque in B 1, capite radiato, et pro monogr. et Σ, Α Π et clava.
2. Eadem, pro clava palmæ ramulo.
3. Caput idem pelle leonina tectum.—Victoria alata s. volans, d. porrecta, et palmæ ramum s. ferens, ante, monogr. et corona, hinc inde litteris quæ supra.
4. Caput ut in A 1.—Sigillum quod in Antiochi VI. D 1, pro tripode ΔΠΡ, hinc inde litteris quæ supra, et ante in margine monogr.
5. Caput ut supra in A 1.—Sigillum quod in Antiochi VII. A 1, ante, ΝΙ, et hinc inde litteris quæ supra.
6. Caput imberbe hedera coronatum s. sp.—Sigillum, humeris alatis, facie imberbi et pectore obversis, corpore muliebriter vestito, cujusdam, d. navis gubernaculo innixa, stantis, modium capite et cornucopiæ s. sustinentis, hinc inde litteris iisdem, partim detritis, in nummo serrato.

7. Navis prora pileos duos cum stellis s. ferens.—Tripus ramulis ornatus, hinc inde Λ Ι Π, et litteris iisdem.

SELEUCI V. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput facie semibarbata (ipsius regis barba nondum posita) s. sp. —Cornucopiæ duplex, adscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥ . ., et C.

(B)

Æ 1. Caput simile.—Sigillum quod in Seleuci II. A 1, columna pro tripode, et adscriptis hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ . . ΠΙΦΑΝΟΥ . . . . . . ΑΤΟΡ . . . .

CLEOPATRÆ REGINÆ.

Æ 1. Caput imberbe tiara redimitum (ipsius reginæ) s. sp., pone ex humero s. exstantibus ignotis quibusdam.—Bos Indicus d. decurrens, et palmæ ramum humeris ferens, supra, ΔΙΧ et litteris tribus Phœniciis, infra, litteris detritis.

CLEOPATRÆ REGINÆ ET ANTIOCHI VIII. REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe velatum, et tiara cinctum, capillis in cincinnos accuratissime dispositis, (ipsius reginæ) capiti alii imberbi, vitta redimito (regis) adjunctum, utroque s. sp.—Sigillum Jovis, ut in Antiochi IV. A 8, pone, ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ, ante, ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, et ultra in margine Σ.

(B)

Æ 1. Capita eadem.—Victoria alata d. gradiens, palmæ ramum s. ferens, et coronam d. porrigens, hinc inde litteris iisdem, partim detritis.

2. Caput regis vittatum et radiatum s. sp.—Noctua, facie et pectore obversis, amphoræ s. prostratæ insistens, hinc inde litteris iisdem, et subter, Ϙ Ρ.

3. Caput imberbe, capillis religatis et modio coronatis, s. sp. (reginæ). —Pedum pastorale basi infixum, hinc inde litteris iisdem partim detritis.

4. Eadem in quibusdam integriora.

ANTIOCHI VIII. REGIS.

(A)

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Aquila navis gubernaculo insistens d. sp. et palmæ ramum ala d. sustinens, pone, ΣΙΔΩ ΙΕΡ ΑΣΥ, ante, Σ, monogr. , et navis aplustro, atque circum, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

2. Caput idem.—Sigillum facie barbata d. sp., pectore nudo obverso (Jovis) stantis, sceptro s. innixi, et lunulam super caput, stellam d. præferentis, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ Ν, et ante, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΙΕ Α, in corona.

3. Eadem, apposito M tantum ante.

4. Item, apposito monogr. ante.

(B)

1. Eadem, opere perelegante, ante sigillum monogr. et .

(C)

1. Caput idem.—Tripus, hinc inde litteris iisdem, atque ante, monogr. et N.

(D)

Æ 1. Caput idem radiatum.—Aquila d. sp. stans, hinc inde litteris iisdem sine appositis.

2. Eadem, aquila sceptrum ala d. sustinente.

3. Caput idem.—Ammonis ornamentum et hinc inde litteræ eædem partim detritæ.

4. Caput imberbe capillis religatis (Dianæ forte) s. sp.—Sigillum Apollinis ut in Alexandri I. C 1, hinc inde litteris quæ supra.

ANTIOCHI IX.

(A)

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Aquila fulmini d. sp. insistens, ante, tripode, pone, LϚΣ, et circum, ... ANTIOXOY.

2. Caput idem.—Sigillum Jovis ut in Antiochi IV. A 5, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, ante, Η et ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, atque ultra, Ε Λ Α, in corona.

3. Caput idem.—Sigillum Minervæ ut supra in Antiochi VII. A 1, pone et ante, litteris iisdem, et ultra, ΣΙΔΩ ΙΕΡ ΑΣΥ Ε, in corona.

4. Eadem, ultra, ΠΑ in monogr.
5. Eadem, facie semibarbata vel barba nondum posita, et ultra ante Minervam monogr. et A.
6. Eadem, adjecto ante Minervam monogr.

(B)

Æ 1. Sigilla et litteræ quæ supra in A 2, ante Jovem in margine A, cæteris partim detritis.
2. Caput idem.—Fulmen alatum, apposita H, et hinc inde litteris iisdem partim detritis.
3. Caput imberbe laureatum, capillis religatis, (Apollinis) s. sp.—Sigillum imberbe, corpore tunicato, pedibus cothurnatis, facie et pectore obversis, hasta d. innixum stans, hinc inde litteris iisdem, et in margine E.
4. Caput barbatum et coronatum (Jovis) s. sp.—Sigillum facie imberbi d. sp., corpore muliebri ad pedes usque vestito et obverso, cujusdam in navis puppe, gubernaculo d. innixa, stantis, et cornucopiæ s. sustinentis, hinc inde litteris iisdem.
5. Caput idem.—Sigillum et litteræ quæ supra in A 3, monogr. et palmæ ramulo pro ultra appositis, et subter, ϚΞ.
6. Caput Cupidinis ut in Antiochi VII. D 3.—Victoria alata d. volans, et coronam d. porrigens, hinc inde litteris iisdem partim detritis.
7. Caput imberbe galeatum (Martis) s. sp.—Navis prora s. sp. litteris iisdem supra et infra.

SELEUCI VI. REGIS.

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Minervæ ut in Antiochi VII. A 5, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, ante, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, cum monogr. et ΝΞ, atque ultra in margine palmæ ramulo.

ANTIOCHI X. REGIS.

(A)

1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Jovis ut in Antiochi IV. A 5, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, ante, ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, et ultra in margine ΣΑ, in corona.

(B)

Æ 1. Caput idem, semibarbatum.—Pilei duo cum stellis, hinc inde litteris iisdem partim detritis, et infra, monogr. et C Σ.

PHILIPPI REGIS.

AR 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Jovis ut in Antiochi IV. A 5, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ, et ante, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, litteris partim exclusis, in corona.
2. Eadem, opere alio. 3. Eadem, addito ante H.
4. Eadem, addito ante N. 5. Eadem, additis ante AB.
6. Eadem atque 1, in nonnullis integriora.

ANTIOCHI XI. REGIS.

(A)

1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Jovis ut in Antiochi IV. A 5, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, et ante, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ cum monogr. et A, A sub sedili, in corona.
2. Eadem, opere elegantiore, et Π pro A sub sedili.

(B)

1. Caput idem.—Tripus, et hinc inde litteræ eædem.

(C)

Æ 1. Caput idem.—Cornucopiæ duplex infula cinctum, et hinc inde litteræ eædem.
2. Eadem fere. 3. Item, formæ minoris.

DEMETRII III. REGIS.

Æ 1. Caput semibarbatum vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Fulmen mensæ impositum, supra, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ, et infra, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ....
2. Caput idem.—Sigillum facie imberbi d. sp. corpore nudo obverso, (Mercurii) basi insistentis, et caduceum d. palmæ ramum s. tenentis, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ, et ante, ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ.
3. Eadem, sigillo ramum d. et caduceum s. tenente.

ANTIOCHI XIII. REGIS.

Æ 1. Caput imberbe vitta redimitum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Apollinis ut in Seleuci II. A 1, palmæ ramum pro sagitta d. præferentis, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, et ante, ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ cum tripode breviore.
2. Eadem, formæ minoris.

ARMENIÆ.

TIGRANIS REGIS.

(A)

Æ 1. Caput imberbe, tiara gentilitia, cacumine serrato, vitta redimita, tectum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum corpore muliebriter vestito, capite turrito velato imberbi s. sp. (urbis Antiochiæ) scopulo insidentis, palmæ ramum d. præferentis, et humeris imberbis et nudi (Fluvii Orontis) brachiis distensis ex imo surgentis pedibus innixæ, ante, ΒΑΣΙΛΕΩΣ cum monogr. , pone, ΤΙΓΡΑΝΟΥ, monogr. scopulo exstante, in corona.

2. Eadem, pone et ante sigillum palmigerum Δ et H, atque pone scopulum M.

3. Item, ante, monogr. , et in scopulo , sine aliis appositis.

4. Item, tiaræ cacumine alias ornato. et monogr. in scopulo sine altero.

5. Item, opere alio.

(B)

Æ 1. Eadem, pone sigillum adscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΓΡΑΝΟΥ, et tiara ut supra in A 1.

2. Caput idem.—Victoria alata coronam d. et ramum s. s. ferens, litteris hinc inde iisdem.

3. Eadem, formæ minoris, pone caput A.

XERXIS REGIS.

Æ 1. Caput barbatum et pileatum (ipsius regis) s. sp.—Sigillum Minervæ, ut in Antiochi VII. A 1, coronam pro Victoriola porrigentis, hinc inde ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΞΕΡΞΟΥ, et ante, monogr.

ARTAVASDIS II. REGIS.

Æ 1. Caput imberbe tiara qua Tigranis B 1 cinctum, (ipsius regis) s. sp. pone, aquila alis expansis s. sp. stante.—Caput tiara ejusdem modi tectum et monili duplici ornatum (reginæ fortasse) d. sp., circumscriptis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ . . . . Υ . . . . .

CHARACENÆ.

TIRÆI REGIS.

Æ 1. Caput barbatum et vitta cinctum (ipsius regis) s. sp. capillis in

cincinnos circum accuratissime dispositis.—Sigillum (Herculis) capite calvo, facie barbata, corpore nudo, saxo d. sp., s. innixa, insidentis, d. clavam genu suffultam tenente, pone, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΡΑΙ□Υ, atque ante, monogr. , et ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΥΕΡΓ . . . ., et subter, lunula.

BACTRIANÆ.

EUTHYDEMI REGIS.

2. Caput imberbe monili ornatum, et hordei spicis redimitum (Cereris) s. sp.—L. MVSSIDIVS LONGVS, in corona spicarum hordei.

(B)

1. Eadem atque infra in E 1, sine litteris.

(C)

1. Caput barbatum et galeatum (Martis) s. sp. et pone, .. X.—Aquila alis expansis fulmini insistens s. sp. ante, anchora, et subter, ROMA.

(D)

1. Eadem, sine anchora, atque XX pone caput in altera parte.

(E)

Æ 1. Caput bifrons imberbe laureatum.—Barbatus quidam ad cincturam usque nudus in quadriga stans, aurigante Victoria alata, fulmenque d. vibrans, et sceptrum s. tenens, s. sp. infra, ROMA, litteris incusis in area excusa.

2. Caput imberbe vitta redimitum (Herculis) s. sp. leonis exuviis cum clava collo impositis.—Lupa s. stans, et pueris duobus nudis ubera præbens, et capite retroverso blandiens lingua, subter, ROMANO.

3. Caput imberbe virile galeatum (Martis) s. sp.—Equi frænati caput s. sp. pone, falce, et infra, ROMA.

4. Caput barbatum et galeatum (Martis) d. sp.—Equi frænati caput s. sp. pone, hordei spica, et in collo ROMANO.

5. Eadem in nonnullis integriora.

6. Caput imberbe galeatum, galea in aquilæ caput sursum desinente, et pone, lunula cornibus aversis.—Victoria alata d. porrecta s. stans, s. palmæ ramo innixa infulam cum corona appensa sustinenti, ante, PR, et pone, ROMANO.

7. Eadem, pone caput clava, et in altera parte Θ Θ pro PR.

8. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Equus d. subsultans.
9. Caput simile d. sp. et ante, ROMANO.—Equus s. subsultans, et supra, stella.

(F)

1. Caput imberbe galeatum et alatum, monili et auripendentibus ornatum, s. sp. pone, X, et infra, ROMA.—Mulier galeata, tunicata, et cothurnata clypeis et galeæ congestis insidens s. sp. baculo s. innixa, hinc inde ave, et ante, lupa cum gemellis.
2. Caput imberbe petasatum et alatum (Mercurii) s. sp. pone, F et a tergo exstante caduceo.—Pileatus, chlamydatus, et tunicatus, (Ulysses) s. gradiens, baculo s. innixus, d. ad canem blandientem porrecta, hinc inde C. MAMIL. LIMEĀN.

(G)

1. Caput imberbe galeatum et alatum, monili et auripendentibus ornatum, s. sp. et pone, X.—Equites duo pileati, chlamydati, et hastati s. decurrentes, infra, stella, et subter, ROMA.

(H)

1. Eadem, atque supra in E 1, litteris excusis.

(I)

1. Caput barbatum et galeatum (Martis) s. sp. et pone, . . X.—Aquila alis expansis s. sp. fulmini insistens, et subter, ROMA.
2. Caput imberbe laureatum s. sp.—Victoria alata tropæum ornans s. sp. interposita B, et subter, ROMA.

(K)

Æ 1. Caput imberbe tiara redimitum et auripendentibus ornatum s. sp. atque pone, globuli quatuor.—Nudus quidam et imberbis hippocentaurum s. prosternens, et ante, quatuor globuli.
2. Caput imberbe pelle aprugna tectum (Martis forsan) s. sp. et tres pone globuli.—Taurus s. decurrens, tribus supra globulis, infra, serpente, et subter, ROMA.
3. Lupa s. stans, et pueris duobus nudis ubera præbens, et capite retroverso blandiens lingua, duobus subter globulis.—Aquila s. stans, et rostro quoddam ferens, pone, globulis duobus, et ante, ROMA.
4. Caput bifrons utrimque barbatum et laureatum, infra, V.—Navis pars anterior velorum prætenturis instructa s., supra, clava, et infra, ROMA.

5. Caput imberbe petasatum et alatum (Mercurii) s. sp. et supra, globuli duo.—Navis pars similis aliter instructa, impositis duobus pileis et clava, infra, globulis duobus, et supra, ROMA.
6. Caput barbatum et laureatum (Jovis) s. sp.—Navis pars similis aliter instructa, atque e transtris serpens se erigens, et infra, ROMA.
7. Eadem, opere elegantiore, et sub capite, et ante proram CA.
8. Caput imberbe pelle aprugna tectum (Martis) s. sp. et pone, tres globuli.—Taurus facie obversa s. decurrens, supra, hordei spica et globulis tribus, infra, serpente s. sp. et subter, ROMA.
9. Caput imberbe, facie obversa, disco radiato impositum, atque hinc globulus.—Luna crescens, et inter cornua globulus inter duas stellas, atque infra, ROMA.
10. Caput imberbe galeatum d. sp. et pone, globulus.—Navis pars anterior s. sp. supra, ROMA, et infra, globulo.
11. Caput imberbe petasatum et alatum (Mercurii) s. sp. et supra, globuli duo.—Navis pars anterior s. sp. supra, ROMA, et infra, globulis duobus.
12. Caput imberbe vitta redimitum s. sp. capillis pone super collum religatis.—Leo facie obversa s. gradiens, et subter, ROMANO.
13. Caput imberbe turritum s. sp. — Eques s. decurrens, et infra, ROMA.
14. Caput imberbe petasatum et alatum (Mercurii) s. sp.—Navis pars anterior s. sp. globulis quatuor notata, et supra, ROMA.
15. Eadem fere, sine globulis.
16. Caput imberbe galeatum s. sp. et pone, globulus.—Navis pars anterior, supra, ROMA, et infra, globulo.
17. Caput imberbe pelle leonina tectum (Herculis) s. sp.—Equus alatus s. subsultans, supra, clava, et infra, ROMA.
18. Caput imberbe galeatum s. sp.—Equi frænati caput s. sp. et pone, ROMA.
19. Caput imberbe galeatum, s. sp. et pone, clava.—Equus s. subsultans, supra, clava, et infra, ROMA.
20. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Equus frænatus d. subsultans, et infra, ROMA.
21. Eadem, opere elegantiore.
22. Caput petasatum et alatum (Mercurii) s. sp.—Navis pars anterior, et supra, ROMA.
23. Caput imberbe virile galeatum s. sp.—Equi frænati caput s. sp. pone, falce, et infra, ROMA.
24. Caput imberbe galeatum s. sp. galea in aquilæ caput sursum desinente.—Canis s. gradiens, et infra, ROMA.
25. Eadem in nonnullis integriora.

SALAPIÆ.

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp. pharetra ex humero s. pone exstante, et ante, ΣΑΛ......—Equus s. subsultans, supra, tridente, et infra, ΠΥΛΛΟΥ.

SEGUSÆ.

Æ 1. Caput barbatum et galeatam (Martis) s. sp. cuspide ex humero s. pone exstante, et ante, SECVS.—Nudus et barbatus (Hercules), facie et pectore obversis, clavam d. et pharetram cum pelle leonina s. ferens, adscripto ANVS.

SUESÆ.

(A)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp. et pone, noctua.—Equi duo frænati d. gradientes, atque huic puer nudus et pileatus insidens, frænum s. et palmæ ramum humero impositum d. tenens, subter, SVESANO.

2. Eadem, pone caput stella.

(B)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) d. sp. et ante, SVESANO. —Taurus facie humana obversa s. gradiens, supra, Victoria alata coronatura, et infra, M.

2. Caput petasatum et alatum (Mercurii) d. sp. et ante, . . O . . OM.—Nudus et imberbis (Hercules), cruribus obversis, et brachiis s. leonis fauces elidens, apposita infra clava, et hinc SVESANO.

3. Caput imberbe galeatum (Minervæ) d. sp. capillis pone super collum religatis.—Gallus gallinaceus s. stans, pone, stella, et ante, SVESANO.

4. Eadem in nonnullis integriora.

5. Eadem, minoris formæ.

TIANI.

(A)

Æ 1. Caput imberbe pelle leonina tectum (Herculis) s. sp. et infra, clava. —Triga d. sp. aurigante Victoria alata, et subter, ...

2. Eadem, opere antiquiore, et sub triga, ...

3. Eadem, facie d. sp.

(B)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) d. sp.—Taurus facie humana obversa s. gradiens, supra, Victoria alata coronatura, infra, triquetra duplici, et subter, ...
2. Eadem, litteris ante caput.
3. Eadem, minoris formæ, ΙΣ pro triquetra, et litteris subter detritis.
4. Caput imberbe galeatum (Minervæ) d. sp. capillis pone super collum religatis.—Gallus gallinaceus s. stans, pone, stella, et ante, TIANO.

TIATI.

Æ 1. Caput imberbe galeatum s. sp. (Minervæ).—Noctua s. stans, pectore et facie obversis, pone, TIATI, et subter, globulis quinque.
2. Caput simile, et supra, globuli quinque.—Noctua capitulo Ionico s. insistens, facie et pectore obversis, pone, TIATI, et ante, globulis quinque.
3. Eadem atque in 1, globulis sub noctua tribus.
4. Caput barbatum vitta redimitum (Jovis) s. sp. et tres ante globuli. —Nudus quidam et imberbis delphino d. insidens, sceptrum s. tenens, et uvæ racemum d. præferens.

TUDERIS.

Æ 1. Caput calvum barbatum, hedera coronatum (Sileni) s. sp.—Aquila alis expansis et cruribus divaricatis d. stans, ante, ...
2. Eadem in nonnullis integriora. 3. Item.

VEIÆ.

Æ 1. Caput imberbe virile s. sp. corona altius exstante redimitum.—Noctua, facie et pectore obversis, s. stans, et ante, ...
2. Eadem fere.

VENAFRI.

Æ 1. Caput imberbe, capillis diffluentibus, et pone, VE in monogr.—Sigillum imberbe tunicatum sedili d. sp. insidens, s. thyrso innixum, et d. quoddam incertum præferens, pone, N. I.
2. Caput barbatum et laureatum (Jovis) d. sp. et pone, quinque globuli.—Aquila fulmini insistens alis expansis d. sp. et ante, V E in monogr.
3. Caput imberbe velatum et tiara redimitum d. sp. et ante, VE in monogr.—Lunulæ tres cum totidem stellis inter cornua aversa circum globulum.

VETULONIÆ.

Æ 1. Rota ἑξακνημος, interposito globulo.—Bipennis sine manubrio, apposito hinc globulo, et inde ...
2. Eadem, cum litteris fere detritis inter rotæ radios.
3. Eadem atque in 1, minoris formæ et sine globulo.
4. Item, bipenni ansata.
5. Rota cum globulo ut supra in 1.—Anchora, apposito globulo.

ITALIÆ FŒDERATÆ.

Æ 1. Caput imberbe laureatum, monili ornatum, s. sp. et ante, X.—Tunicata quædam hastæ d. innixa et gladium s. tenens, clypeis tribus congestis d. insidens, pone, Victoria alata coronatura, ante, Ǝ, et subter, ITALIA.
2. Eadem fere, pone caput ITALIA, ante, XVI, et sub sigillis E.
3. Caput simile d. sp. et litteræ pone detritæ.—Imberbis quidam nudus ad cincturam usque, hastæ d. innixus, pede s. vasi prostrato imposito stans, et pectore obverso, facie s. sp., gladium s. tenens, anteposito capite bovino super cor inflammatum, atque subter, ⌶.
4. Caput simile, auripendentibus ornatum, sine monili, et pone, ITALIA.—Genu d. innixus quidam hastam s. erigens, et porcellum d. retinens, hinc inde armatis in ordine stantibus sibi invicem adversis, et subter, M.
5. Caput imberbe virile galeatum d. sp. galea palmæ ramo ornata, et ante, ... VIII.—Barbatus quidam, genu s. terræ innixus, victimam brachiis sustinens, quam cultellis rimantur hinc imberbis et illinc barbatus, tunicati ambo, gladiis cincti, et s. innixi hastis stantes, subscripto ....

GALLIÆ.

AVENIONIS.

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) d. sp.—Aper d. decurrens, supra, AOY, et infra, lunula cornibus s. sp.

CABELLIONIS.

Æ 1. Caput barbatum et galeatum s. sp. et ante, COL.—Caput imberbe monili ornatum s. sp. et ante, CABE, in corona.

LUGDUNI.

Ʀ 1. Caput imberbe, capillis religatis et humeris alatis s. sp.—Leo s. gradiens, subter, LVGV, pone, A, et supra, . . . NA . . . .
2. Eadem in nonnullis integriora.

MASSILIÆ.

(A)

Ʀ 1. Caput imberbe myrto coronatum, monili et auripendentibus ornatum, s. sp.—Leo s. lingua protrusa stans, et supra, ΜΑΣΣΑ.

(B)

1. Caput simile, arcu et pharetra ex humero s. pone exstantibus.—Leo s. sp. ore hiante stans, ante, A, supra, ΜΑΣΣΑ, et subter, ΛΙΗΤΩΝ.
2. Eadem fere, super leonem ΜΑΣΣΑ, et infra, ⵉ ⵉ.
3. Item, infra, Π. 4. Item, opere rudi, sine Π.
5. Item, capillis tiara redimitis et pone religatis, ante, T, atque in altera parte ante leonem Δ, et subter, ΧΗΗ.
6. Item, capillis aliter dispositis, ante, HB in monogr., atque ante leonem X, et subter, ΠΑΔ.
7. Item, ante caput A M in monogr., sub leone T, et subter, ΔRΘ.
8. Item, capillis aliter dispositis, opere rudi, ante caput Π, ante leonem Є, et subter, ΠЄЄ.
9. Item, leone d. gradiente, supra, ΜΑΣΣΑ, et subter, A, sine litteris aliis.
10. Item, ante leonem Φ, et inter crura posteriora H, sine A subter.
11. Item, sub leone Λ, et subter, ΛΙΕ.

(C)

1. Caput imberbe virile d. sp.—Rota *τετρακνημος*, et inter radios MA.

(D)

Æ 1. Caput imberbe laureatum (Apollinis) d. sp.—Taurus cornupeta s. sp. et subter, ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ.
2. Eadem, pone caput pharetra, et super taurum vasis ansa, et globulis duobus.
3. Item, pone caput cornucopiæ, et super taurum hordei spica.
4. Caput bifrons utrimque laureatum et barbatum, atque inde sub mento MA, litteris pene detritis.—Avis cujusdam ala d. expansa.

5. Caput imberbe s. sp. capillis pone super collum religatis.—Tripus, et hinc inde ΜΑ.
6. Caput imberbe laureatum (Apollinis) s. sp.—Taurus cornupeta s. sp. supra, ΜΑΣ, et subter, ΣΑ.
7. Eadem, supra, ΜΑΣΣΑ, et subter, ΛΙΗΤΩΝ.
8. Item, litteris subter detritis.

NOTÆ.

PELOPONNESI ET INS. ADJACENTIUM.

ÆGINÆ.

Perperam attributi Ægio in Peloponneso, quæ urbs neque ita antiqua, neque ita magna et opulenta fuit, ut ejusmodi nummos in tanto numero cuderet; quorum quamplurimi quoque in insula Ægina reperti sunt, et nonnulli litteris ΑΙΓΙΝ inscripti.

Τριώβολον Αἰγιναῖον κατ' ἄνδρα. Xenoph. Hellenic. v. 2. 14.

Ἔφορος δ' ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος· ἐμπορεῖον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς. Strab. l. viii. c. vi. s. 16. Vide et c. iii. s. 33, de Phidone.

ÆGII.

Urbis recentioris, quæ vetustæ, nomine Ægæ, locum obtinuit. Vide Strabon. l. viii. p. 490, 559 et 560, Ed. Ox.

ARCADIÆ.

Arcades post pugnam Leuctricam in unam rempublicam fœderatam congregati esse videntur. Xenoph. Hellenic. vi. 5. 6. Nummi tamen in textu recensiti fabricæ haud paulo antiquioris sunt; et respublica quædam communis eorum, ut Bœotorum, antea exstitisse videtur, nisi ad *Ὀρχομενὸν τὸν Ἀρκαδικὸν* pertinent, atque inde ΑΡΚΑΔΙΚΟΝ inscripti.

ARGEOS.

Ἀργεῖοι δὲ μῦν (in numm. impress.), Pollux ix. 6, 86.

οἱ κατοικίδιοι μύες ἄγαν πρὸς τὴν ὀχείαν κεκίνηνται. Suid. v. μῦς λευκός. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, Ἀργεῖοι, μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες, ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο. Διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσιν· Strab. l. viii. c. vi. s. 19.

CORINTHI.

De opulentia ejus antiqua vide Athen. l. vi. c. ciii.

—κοσμήσαντες κυνῇ τε Κορινθίῃ καὶ πανοπλίῃ Ἑλληνικῇ. Herodot. l. iv. 180.

ELIDIS.

Faliscis, Italiæ genti semibarbaræ, male attributi: summa enim est operis elegantia, et in Peloponneso tantum non omnes reperti sunt; neque aliud est FAΛEIΩN, in quo viri, rerum antiquarum studiosiores quam doctiores, hæsere, præter HΛEIOI, Æolica, quæ eorum patria fuit, dialecto scriptum. Gens antiquissima et Homericis celebrata; sed urbs sero, et post Medica demum condita est. Strabon. l. viii. p. 490. Ed. Oxon. Neque nummi ejus, nisi arte jam matura cusi, extant. Οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν· οἱ δ' ἄλλοι (Πελοποννήσιοι) μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν (Αἰολ. καὶ Δωρ.). Strab. l. viii. c. i. s. 2. Anno secundo Olympiadis LXXVII Ἠλεῖοι μὲν, πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες, εἰς μίαν συνῳκίσθησαν τὴν ὀνομαζομένην Ἦλιν. Diodor. Sic. l. xi.

13, &c. ὁ λαγὸς ——— ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ, ψιλόν· τὸ δὲ, ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται· τὸ δὲ, ἀναιρέεται. Herodot. iii. 108.

PATRARUM.

Urbs sero condita. Strabon. l. viii. p. 490. Ed. Oxon.

PEIRÆ.

Nummos Amiso in Asia tribuit Mionnet; male, quatenus vel ex opere vel sigillis judicare liceat.

PHLIASI SEU PHLIUNTIS.

Ἀραιθυρέα δ' ἐστὶν, ἡ νῦν καλουμένη Φλιασία· πόλιν δ' εἶχεν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ πρὸς ὄρει Κηλώσσῃ· οἱ δ' ὕστερον ἀναστάντες ἐκεῖθεν, πρὸς τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἐκάλεσαν Φλιοῦντα. Strabo l. viii. c. vi. s. 24.

ΦΛΕΙΑΣΙΟΣ tamen non est e ΦΛΕΙΑΣΟΣ confectum nomen; sed e Dorica antiqua participii forma ΦΛΕΙΑΝΣ ΑΝΤΟΣ; unde ΦΛΕΙΑΝΤΙΟΣ contractum et emollitum in ΦΛΕΙΑΣΙΟΣ.

SICYONIS.

Maleæ, quæ promontorium, non civitas, fuit, plerumque perperam attributi.

TRŒZENIS.

Τροιζηνία.—Venus. Strabon. l. viii. p. 610. (*sic in MS.*)

ACHÆÆ PROV.

Hi nummuli non ad Achææ in Peloponneso civitates fœderatas pertinent, quæ monetam communem non habuisse videntur; sed ad Achæam provinciam, quæ sub Cæsaribus, quando cusi sunt, totam Græciam intra Pylas comprehendebat. Vide Plin. Ep. l. viii. ep. 24.

CRETÆ.

CNOSSI.

Ἀστέριος, ὁ καὶ Μινώταυρος, ἐν Κρήτῃ, βοὸς ἔχων πρόσωπον, τὸ δ' ἄλλο σῶμα ἀνδρός. Schol. in Lycophr. Alex. 653. Stella itaque in C 2, 3, et bovis facies in 4, idem significant; quod est deus mysticus Bacchus tauriformis.

CYDONIS.

Ab exulibus Samiis Polycratis tyrannidem fugientibus condita est urbs. Herodot. l. iii. c. 44.

CYCLADUM INSULARUM.

CEI.

ἔχει γὰρ (Κέος) *πόλεις τέσσαρας, Ἰουλίδα, Κάρθιαν, Κορεσσίαν, Ποιήεσσαν.* Suid. in *Βακχυλίδης.*

NAXI.

Πυνθάνομαι γὰρ ὀκτακισχιλίην ἀσπίδα Ναξίοισι εἶναι, καὶ πλοῖα μακρὰ πολλά·—χρήματα δ' ἔνι πολλὰ, καὶ ἀνδράποδα. Herodot. v. 30-31.

SERIPHI.

Mullus sacer fuit Dianæ et Cereri; atque mullum Æxonicum immolabant Athenienses in Mysteriorum majorum celebratione. Vide Meurs. Eleus. xxiv. *ἐν ᾗ (τῇ ἐν Πισάτιδι Κλεάνθους τοῦ Κορινθίου γραφῇ) Ποσειδῶν πεποίηται θύννον τῷ Διῒ προςφέρων ὠδίνοντι.* Athen. l. viii. c. 36.

SIPHNI.

E metallis auri et argenti, quibus insula, alioqui nuda ac sterilis, olim abundabat, Siphnii omnium insularium ditissimi facti sunt. Herod. iii. 57. *Σίφνιοι πλουσιώτατοι ἐγένοντο, οὐ μόνον τῶν νησιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠπειρωτῶν εὖ μάλα συχνῶν.* Neglecting afterwards to send their tenths to Delphi, the sea broke into their mine and reduced them to extreme poverty. Suid. in v.

EUBŒÆ.

ERETRIÆ.

Capta et incensa est, atque incolæ ad Susa translati anno ante C. 490. Herodot. vi. 101.

HISTIÆÆ.

Ἑστιαιεῖς δὲ πάντας ἀναστήσας ἐκ τῆς χώρας, Ἀθηναίους κατῴκισε (ὁ Περικλῆς anno ante *τὰς σπονδὰς* XXX *ἐτηρὰς)* Plutarch. in Pericl. 23.

ATTICÆ ET INS. ADJACENTIUM.

ATHENARUM.

A 1. Triptolemus heros vel semideus erat Atheniensium indigena et peculiaris; (vide Mus. Hunt. Tab. IX. f. 4. et nostr. Athen. D 21.) neque pro eo qui hic exhibetur, benefactore scilicet præcipuo generis humani, a gente ulla alia unquam agnitus est; ita ut sigilla impressa hunc nummum unicum et pretiosissimum Atheniensem esse probent haud minus certe quam si nomen litteris inscriptum esset. Hujusmodi nummi omnium civitatum Græcarum esse videntur, nisi Sicilicarum, Itali-

carum, et earum, quæ in aliis locis nondum conditæ erant, quum excudebantur.

E D 52, 53, sumpta occasione, magistratuum nomina in monetam Atheniensem primum impressa credidisse videtur cl. Combe Mus. Hunt. p. 49. At horum nummorum fabrica, omnium quos Athenienses ex argento cuderunt, recentissima est; neque postea, arsis navalibus, exhaustis metallis, et opibus fractis et imminutis, alios quam æreos cusos esse ab iis facile crediderim.

BŒOTIÆ.

ERCHOMENI SIVE ORCHOMENI.

Urbs antiquissima et celeberrima a Thebanis capta et diruta, Olymp. CIV. 1.—*ἔχοντες δὲ τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἀπέκτειναν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσαντο.* Diod. Sic. xv. 79.

Post restauratum, et solutum fœdus Bœoticum, scuto significatum, cusi sunt proculdubio ii, quibus Cereris caput impressum, perperam Ereso in Lesbo vulgo tributi.

HALIARTI. (*a*)

In nummi similis quadrato incuso invenit Mionnet litteras ΚΑΛ; atque inde collegit nummum Chalcedonis esse, sed scutum in minoribus Bœoticos esse eos dubitare non sinit; et quum consonæ palatiales Γ et Κ sæpius usu detritæ sunt, ut *Γαια—αια—καν—αν*—in lingua paullatim emollienda, antiquissimum urbis nomen fortasse fuerat ΚΑΛΙΑΡΤΟΣ dialecto patria, etsi Haliartus est in Homericis. Suspicari tamen licet spiritum asperum Η male excusum pro Κ acceptum esse.

MYCALESSI.

Thucyd. vii. 29.

PHARARUM.

Cum hæc urbs a Stephano solo memorata esset, dubitarunt viri docti an unquam extitisset; quam tamen dubitationem nummulus hic omnino tollit.

BŒOTIÆ FŒDERATÆ SIVE PROV.

—*ἐᾷν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν.* Circa annum ante C. 500. Herodot. vi. 108. Fuit igitur tunc etiam temporis Bœotorum respublica quædam communis.

(*a*) Nummos ex hisce non scutiferos Calydnis (vide P. 113.) postea tribuit R. P. K.

LOCRIDIS.

OPUNTIS.

Sigillum Ajacis Oilei esse videtur cui Locri omnes, tanquam divo aut heroi sacrificabant. Vide Schol. in Lycophr. 365.

LOCRORUM OZOLUM.

Οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς. Æschin. κατὰ Κτησ. Ὀζόλαι forte ab hostibus fastidientibus nuncupati. Λοκροὶ οἱ καλούμενοι Ὀζόλαι κατοικοῦντες ἐν Ἀμφίσσῃ, Philip. reg. Ep. ad Pelopon. apud Demosth. de corona.

ÆTOLIÆ.

ÆTOLORUM FŒDERATORUM.

A 1. Vide Pausan. Phocic. c. xviii.

ACARNANIÆ.

HERACLEÆ.

Acarnaniæ oppida: Heraclea, Echinus. Plin. H. N. l. iv. c. 2.

Quum taurus cornupeta ad fluvium pertinere videretur, et certamen Herculis cum fluvio Acarnaniæ celeberrimum esset, hos nummos huic civitati tribuimus.

EPIRI ET ILLYRII.

DYRRACHII.

Epidamnos ante erat: Romani nomen mutavere, quia, velut in damnum ituris, omen id visum est. Pomp. Mel. l. ii. c. 3.

MOLOSSORUM.

In bello inter Cassandrum et Olympiadem Alexandri matrem Olymp. cxvi. 1. expulsus est Æacides Epiri rex pater Pyrrhi, et populus sui compos fiebat tunc primum post Neoptolemi, Achillis filii, regnum. Diodor. Sic. l. xix. c. 36. Brevi hoc regni intervallo hunc nummum rarissimum et pulcherrimum cusum esse vix dubitare licet.

MARIS IONICI ET ADRIATICI INSULARUM.

CORCYRÆ.

Πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν, καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς τὸν τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτην συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κόρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν· ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας, οἰκίσαι τὴν νῆσον. Strab. l. vi. c. ii. s. 4.

ITHACÆ.

Στησίχορος φησὶν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος φέρειν δελφῖνος τύπον. Schol. in Lycophr. Alex. 658.

THESSALIÆ.

HERACLEIÆ.

A Lacedæmoniis condita urbs est, anno III. Olymp. LXXXVIII. Diod. Sic. xii. 59. Eversa ab Jasone Pheræorum tyranno Olymp. cii. 3. ib. xv. 57. Similitudine horum nummorum cum argenteis Œtæorum permoti, huic civitati eos tribuimus.

LARISSÆ.

In Thessalia Larissa, aliquando Iolcos, Pomp. Mel. l. ii. c. 3.

MACEDONIÆ.

AMPHIPOLIS.

Ab Atheniensibus condita est Amphipolis in loco, qui antea ἐννέα ὁδοὶ dictus est, circa Olympiadem octogesimam, atque maxime floruisse videtur donec a Philippo capta. Nummi argentei liberæ sunt civitatis, ærei Macedonibus et Romanis subjectæ. Vide Thucyd. l. iv. 102, et 3. Diod. Sic. l. xi. s. 70, et xii. 32.

ARGILI. (*a*)

Nummos hos, omnes antiquissimæ formæ, et circa Strymonem fluvium repertos, huic urbi, ante Amphipolim conditam dirutæ et desertæ, tribuimus, ob litteram A in A 9: Lesbi insulæ, quæ nunquam in una civitate constituta est, olim crediti sunt; neque feliciore conjectura Sestinius eos Amphipolis esse voluit, cum nulli sint non ea urbe multum antiquiores.

(*a*) Vide P. 94.

Protulit tamen Mionnet Suppl. T. II. hujusmodi nummum, qui hinc habet Θ, et inde Α; atque ideo Thaso eos tribuit. Vide Lycophr. 1203, et schol. in eund. Κένταυρον δὲ τὸν αὐτὸν καλεῖ, ὅτι ἵππῳ ὁμοιωθεὶς ἐμίγη Φιλύρᾳ, τῇ Ὠκεανου θυγατρὶ, καὶ ἐγέννησε Χείρωνα τὸν Κένταυρον. Virg. Georg. iii. 92, et Heyne in loc. Dii iidem aliis nominibus Pan et Rhea fuisse videntur.—Πάρεδρος γὰρ ὁ Πὰν τῇ Ῥέᾳ, ὡς αὐτὸς ὁ Πίνδαρος —φησίν, Schol. in Pyth. iii. 139. Vide Naxi Siciliæ nummos, et Thasi F 4. &c. et Bronzi di Ercolano t. ii. pl. LXXXVIII. et Satyr. equin. in Museo nostro.

CHALCIDENSIUM.

Olymp. LXXXVI. 2.—ἔπεισε (Περδίκκας) τους Χαλκιδεῖς ἀποστάντας Ἀθηναίων, τὰς μὲν ἐπὶ θαλάττῃ πόλεις ἐκλιπεῖν, εἰς μίαν δὲ συνῳκισθῆναι τὴν ὀνομαζομένην Ὄλυνθον. Diodor. Sic. l. xii. c. 34. Nummos Chalcidi in Eubœa, nulla ratione reddita, neque valida aliqua reddenda, ut mihi videtur, tribuit Mionnet.

HERACLEIÆ.

E Philippi V. nummis majoris moduli plane liquet hos ad Macedoniæ civitatem pertinere; et Perseo jam devicto cusos esse.

ORESTIÆ.

Hi nummi antiquissimi Macedonici certissimi sunt, et a civitate, quam geographi Ὀρεστίαν appellant, nomine ab Agamemnonis filio conditore male deducto, et quam incolæ Ὀρρησκίαν et Ὠρησκίαν, diversis forte temporibus nuncupabant, cusi esse videntur.

PELLÆ.

—(Ὀλυνθίους) ἔχοντας ἤδη——καὶ Πέλλαν, ἥπερ μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων. Xenoph. Hellenic. v. 2. 12.

PYDNÆ.

Κύδνα πόλις Μακεδονίας——ἡ κατὰ παραφθορὰν Πύδνα λέγεται. Steph. Byz. in voc.

THESSALONICÆ.

A Cassandro condita est urbs, incolis ex Æno et aliis civitatibus vicinis translatis. Dionys. Halic. A. R. 1, 49.

TRÆLII.

De hac urbe veteres, tam geographi, quam historici et poetæ, silent; sed caput sic petasatum aut Thessaliam aut Macedoniam indicare videtur.

MACEDONIÆ REGUM.

ALEXANDRI I.

—ἔχεται τῆς λίμνης (τῆς Πρασιάδος) τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τουτέων τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἑκάστης ἐφοίτα. Herodot. v. 17. Nummi ejus nomine insigniti operis sunt elegantioris et minus antiqui, atque expulsis jam Persis et regno aucto et stabilito fortasse cusi; nisi credere magis libeat hos sine litteris patris ejus Amyntæ esse.

PERDICCÆ II.

Hominum effigies sub deorum personis. Vide Stat. Sylv. V. i. 231-7. Ad Perdiccæ III. nummulum hæc pertinent.

AMYNTÆ III.

Philippus diu non regem, sed pupilli tutorem egit. Justin. l. vii. c. 5.

PHILIPPI II.

Statua ex auro Philippeo. Plaut. Curcul. Act. iii. 70.

DEMETRII I.

A 1. Nummum hunc unicum et pulcherrimum mihi dono dedit vir amplissimus et amicissimus, Comes de Aberdeen, A. S. MDCCCXVII.

THRACIÆ ET INS. ADJACENTIUM.

ABDERÆ.

A Teiis, Harpagum Cyri ducem fugientibus, condita est Abdera Olympiade LX, loco quo urbs antea condita erat a Timesio Clazomeniorum duce, quem novi coloni pro heroe habebant et sacris propitiabant (Herodot. l. i. c. 168.), et cujus effigies in nummis occurrit.—Urbs, quam soror ejus (Diomedis ab Hercule occisi) suo nomine nominavit, Abdera. Pomp. Mel. l. ii. c. 2.

ÆGOPOTAMORUM.

Est in ea flumen Ægos, naufragio classis Atticæ insigne. Pomp. Mel. l. ii. c. 2.

ÆNI.

Ænos πόλις Αἰολὶς, Herodot. l. vii. c. 58. A Cassandro diruta est, et incolæ Thessalonicam, quam ædificabat, translati. Dionys. Hal. A. R. l. 49. Eximia est Ænos, ab Ænea profugo condita. Pomp. Mel. l. ii. 2.

COSÆ.

Aurei hi nummi a Marco Bruto, belli civilis in Thracia duce, cusi, ad familiam Juniam potiore jure pertinent. *ἐν δὲ τοῖς θησαυροῖς (Πολεμοκρατίας Θρᾳκὸς) εὗρε (ὁ Βροῦτος) παράδοξον χρυσίου τι πλῆθος καὶ ἀργύρου· καὶ τοῦτο μὲν ἔκοπτε, καὶ νόμισμα ἐποίει.* Appian. B. C. iv. 75. A. ab U. C. 711.

EIONIS.

Vide Herodot. l. vii. c. 107, &c. Thucyd. l. iv. c. 102. Diodor. l. xii. c. 73. Nummulos hos, in Thracia et Macedonia tantum repertos, rei antiquariæ studiosi, ob lacertam, Camerinæ in Sicilia perperam tribuerunt. Littera H in B 3. Eionem indicare videtur, urbem haud ignobilem, Persis imperantibus.

HERACLEIÆ.

Hunc nummum argenteum alii tribuerunt Heracleæ in Acarnania, perperam mea quidem sententia, dei enim facies in ejus moneta barbata est, et Herculem et Bacchum sic conjungere Thracicum, et e Thasiorum nummis plane liquet.

LYSIMACHIÆ.

Utræque (Pactye et Cardia) comprehensæ postea Lysimachia. Plin. l. iv. c. 18.

MESSAMBRIÆ.

Μεσημβρία, Μεγαρέων ἄποικος, πρότερον δὲ Μενεβρία, οἷον Μενάπολις, τοῦ κτίσαντος Μένα καλουμένου, τῆς δὲ πόλεως Βρίας καλουμένης Θρᾳκιστί. Strab. l. vii. c. vi. s. 1.

ODESI.

Ὀδησσὸς Μιλησίων ἄποικος. Strab. l. vii. c. vi. s. 1.

PHILIPPORUM.

Κρηνίδαι urbs olim dicta, a Philippo II. Macedoniæ rege capta, aucta, et Philippi nominata. Diodor. Sicul. xvi. 8.

SAMOTHRACIÆ.

Fuit Samos Peloponnesi urbs (Strab. l. viii. p. 505), et Same maris Hadriatici insula, quarum cuilibet hos nummos tribuere liceret, si non gallus gallinaceus, avis Mercurii, cujus erant Samothracum mysteria (Herodot. ii. 51), eam insulam indicare videretur.—*σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη.* Strab. l. viii. c. iii. s. 19.

SESTI.

In his nummis antiquissimis jubæ equorum naturali et Homerico more prolapsæ et diffusæ exhibentur ; at in omnibus aliis, quos vidi, Græcorum, antiquissimis etiam, tonsæ sunt.

THASI.

Ἀπικόμην δὲ καὶ ἐς Θάσον, ἐν τῇ εὗρον ἱρὸν Ἡρακλέος ὑπὸ Φοινίκων ἱδρυμένον, οἳ, κατ' Εὐρώπης ζήτησιν εκπλώσαντες, Θάσον ἔκτισαν· καὶ ταῦτα καὶ πέντε γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερά ἐστι ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι. Herodot. ii. 44. Thasii, a Thaso Phænice conditore dicti, fodinas auri ditissimas et in ipsa insula et in Thraciæ regione adjacente possidebant. ib. vi. 46. F 4. vide Bronzi di Ercolano t. ii. pl. LXXXVIII.

THRACIÆ REGUM.

MOSTIDIS.

De hoc rege, quem paulo post Lysimachum in his regionibus regnasse e sigillis in nummis colligere licet, silent historici.

PÆONIÆ REGUM.

AUDOLEONTIS.

Αὐτολέων apud Diodor. Sic. l. xx. c. 19. Cassandri et Lysimachi æqualis regnum conterminum tenebat.

MŒSIÆ.

CALLATIS.

—a Milesiis deducta Callatis. Pomp. Mel. l. ii. c. 2, sic et Strab. vii. c. vi. s. 1.

ISTRI.

—τῇ Ἰστριηνοὶ Μιλησίων οἰκέουσι ἄποικοι. Herodot. l. ii. c. 33. Istro proxima Istropolis. Pomp. Mel. ii. c. 2.

TOMAÆ SEU TOMORUM.

—tum Tomoe—Pomp. Mel. l. ii. c. 2. Τόμεα et Τόμαια Strab. l. vii. c. v. s. 13. Infra, c. vi. s. 1, Τόμις. πόλει Τόμοις. Zosim. l. i. πόλει Τόμῃ. in excerpt. ap. Suid. v. Σκύθαι.

SARMATIÆ ET TAURIDIS.

HERACLEIÆ (POSTEA CHERSONESI.)

Ripas ejus (Tanaidis) Sauromatæ et ripis hærentia possident : una gens, aliquot populi, et aliquot nomina. Pomp. Mel. l. i. c. xix.—Χεῤῥονήσου· ἐφ' ᾗ ἵδρυται πόλις, Ἡρακλεωτῶν ἄποικος τῶν ἐν τῷ πόντῳ, αὐτὸ τοῦτο καλουμένη Χεῤῥόνησος. Strab. l. vii. c. iv. s. 2. Nummuli in situ ejus reperti male tribuuntur Heracleæ in Macedonia a Combe et aliis.
—ἐκδιδοῖ (ὁ Ὑπάκυρις) κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν. Herodot. l. iv. c. 55.

OLBIOPOLIS.

Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλεουσι Βορυσθενεΐτας· σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. Herodot. l. iv. c. 18. οἱ δὲ Βορυσθενεΐται οὗτοι λέγουσι, σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους. ib. c. 78. ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ πόλις· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ὀλβία καλεῖται, μέγα ἐμπορεῖον, κτίσμα Μιλησίων. Strab. l. vii. p. 442. Ed. Ox.

PANTICAPÆI.

—ἐπὶ ποταμὸν τῷ οὔνομα κεῖται Παντικάπης. Herodot. l. iv. c. 18. Κτίσμα δ' ἐστὶ Μιλησίων. Ἐμοναρχεῖτο δὲ πολὺν χρόνον—Strab. l. vii. c. iv. s. 4. et regnum maxime floruit sub Eumelo, Olymp. CXVII. vide Diodor. Sic. l. xx. c. 24. a quo aurei nummi forte cusi sunt. ἐπὶ δὲ τῷ στόματι αὐτοῦ (τοῦ Τυρέω) κατοίκηνται Ἕλληνες, οἳ Τυρῖται καλέονται. Herodot. l. iv. c. 51.

REGUM.

POLEMONIS I.

Τὸ μὲν οὖν πλέον αὐτῆς μέρος (τῆς βασιλείας) ἐστὶν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, μέρος δέ τι καὶ ἐπὶ τῆς Ἀσίας. Strab. l. vii. c. iv. s. 4.

ASIÆ CITERIORIS ET INS. ADJ.

ABYDI.

Græcas civitates Asiæ omnes liberas esse declaratum est pace facta inter Lacedæmonios et Athenienses anno IV. Olympiadis LXXXII. Diodor. Sic. xii. 4.

ADRAMYTTII.

Hos nummos Astaci nunc esse credo ob astacum vel locustam marinam in eo, qui majoris moduli est, excusum. A Lysimacho urbs eversa est, quo fit ut ærei ejus nummi non reperti sint.

ALEXANDRIÆ.

Ex anno Seleucidarum, in hoc nummo rarissimo et pulcherrimo signato, colligere licet omnes similis formæ et elegantiæ aliarum Asiæ civitatum, ut Cymes, Ilii, Magnesiæ, Myrinæ, Smyrnæ, &c. cusos fuisse inter Antiochi III. et Mithradatis Eupatoris tempora, fractis jam Macedonum rebus, et Romanorum nondum adultis.

APAMEÆ.

Prusias Zelæ filius *ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν δὲ Μυρλείαν 'Απάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός.* Strab. l. xii. p. 814.

ASPENDI.

Signis omnibus pretii alicujus a Verre prætore spoliata est hæc urbs. Cic. Verr. II. i. 20. Aspendus, quam Argivi condiderant. Pomp. Mela I. 24. Nummos omnes litteris semigræcis inscriptos Selgæ tribuit Mionnet, nulla ratione reddita.

ASTACI.

ἦν δ' ἐν αὐτῷ τῷ κόλπῳ καὶ 'Αστακὸς, Μεγαρέων κτίσμα καὶ 'Αθηναίων, καὶ μετὰ ταῦτα Δοιδαλσοῦ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ κόλπος ὠνομάσθη· κατεσκάφη δ' ὑπὸ Λυσιμάχου. Strab. l. xii. 813.

CALCHEDONIS.

Oppidi nomen Calchedon, auctor Archias Megarensium princeps. Pomp. Mela. l. i. c. xix.

CAMIRI.

Antiquissima Græcarum, in Asia vel insulis Asianis, coloniarum Rhodia est, a Tlepolemo Herculis filio ducta, et sola quam agnoscit Ilias; atque

nummus hic (A 1,) omnium argenteorum, quos vidi, antiquissimus esse mihi videtur. Olymp. xciii. i, in Rhodum recepta est. Diod. Sic. l. xiii. c. 75.

CELENDERIS.

Celenderis et Nagidos, Samiorum coloniæ. Pomp. Mela l. i. c. xiii.—Castellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen Celendris ——— colle arduo et derupto; nam cætera mari cinguntur. Tacit. Ann. II. lxxx.

CHII.

ἀνέθηκε δὲ ('Αλυάττης) ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον ——————καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων· Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. Herodot. l. i. 25.

CIUS.

Εἷλε Κῖον τὴν Μυσίην·————εἷλε δὲ Γέργιθας, τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν ἀρχαίων Τευκρῶν. Herodot. l. v. 122. *κατέσκαψε δὲ τὴν Κίον ὁ Φίλιππος ὁ Δημητρίου υἱὸς.* ——— *Κίον δὲ, καὶ τοῦτον 'Ηρακλέους ἑταῖρον, ἐπανελθόντα ἐκ Κόλχων, αὐτόθι καταμεῖναι, καὶ κτίσαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον αὐτοῦ.* Strab. l. xii. p. 814.

CLAZOMENARUM.

B 1. Ex hoc nummo unico et pretiosissimo mihi persuasum est argenteum Mus. Hunt. Tab. 66. ejusdem civitatis esse, et nomen adscriptum magistratus esse.

CNIDI.

Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι. Herod. l. i. 174.
'Αφροδίτη δὲ ἄλλη ἐν Κνίδῳ λίθος ἦν. Clem. Alex. cohort. s. iv.

COLOPHONIS.

'Εν Κολοφῶνι τὸ παλαιόν· ——— *ἐκέκτηντο μακρὰν οὐσίαν οἱ πλείους, πρὶν γενέσθαι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λυδούς.* Aristot. Pol. iv. 8. Colophon, quam Mopsus Mantûs filius statuit. Pomp. Mela. l. i. c. xvii.

COOS.

'Εν Κῷ γὰρ τῇ νήσῳ, κέκτηται δὲ αυτὴν μόνος—Philostr. Heroic. c. i. s. 2. Novo situ ædificata, et mœniis majoribus aucta Olymp. ciii. 3. a quo maxime floruit. Diodor. Sic. xv. 76. C 1. *Πίνδαρος τὸν 'Απόλλω ὀρχηστὴν καλεῖ.* Athenæi. Epit. l. i. c. xl. quo versus citantur.

CROMNÆ.

Πρόφαντος, ὁ Κρώμνης ἄναξ. i. e. Neptunus. Lycophr. 522. Caput tamen in nummis Bacchi sive Æsculapii potius quam Neptuni esse videretur, nisi Neptuni simulacrum capillis religatis in Posidoniæ nummis antiquissimis extaret.

CYMES SEU CUMÆ.

Sequentem (urbem) Pelops statuit, victo Œnomao reversus ex Græcia; Cymen nominavit, pulsis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. Pomp. Mela. l. i. c. xviii.

CYZICI.

—*μισθοφορὰν παρέξειν ὑμῖν Κυζικηνὸν ἑκάστῳ τοῦ μηνός.* Xenoph. *Αναβ.* V. vi. 12. Antonino Pio imperante terræ motus multas Bithyniæ et Hellesponti urbes afflixit aut evertit, et præcipue Cyzicum, ubi templum omnium maximum et pulcherrimum prostravit.—*ᾧ τετραόργυιοι μὲν πάχος οἱ κίονες ἦσαν, ὕψος δὲ πεντήκοντα πηχέων, ἕκαστος πέτρας μιᾶς.* Xiphilin. Dion. excerpt. l. LXX. s. 4.—*ἐν Βοσπόρῳ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στατῆρας Κυζικηνοὺς — ὁ δὲ Κυζικηνὸς ἐδύνατο ἐκεῖ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ δραχμὰς Ἀττικάς.* Demosth. *προς Φορμ.* *Κυζικηνοὶ στατῆρες· διεβεβόηντο οὗτοι ὡς εὖ κεχαραγμένοι· πρόσωπον δὲ ἦν γυναικεῖον ὁ τύπος· ἐπὶ δὲ θατέρου προτομὴ λέοντος.* Suid. Sedet in cervice pene insulæ Cyzicum; nomen Cyzicus indidit, quem a Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie cæsumque accepimus. Pomp. Mela. l. i. c. xix.

DIOSCURIADIS.

Dioscorias, a Castore et Polluce Pontum cum Jasone ingressis—condita est. Pomp. Mela. l. i. c. xix.

EPHESI.

Ephesus, et Dianæ clarissimum templum, quod Amazones Asia potitæ consecrasse traduntur. Pomp. Mela. l. i. c. xvii.

HERACLEIÆ.

Mariandyni urbem habitant, ab Argivo, ut ferunt, Hercule datam. Heraclea vocitatur. Pomp. Mela. l. i. c. xix. De nummis, qui in ea regione reperti sunt, ei reddendis, non dubitandum est.

ILII.

Aliud prorsus fuisse videtur antiquum *Παλλάδιον, ὃ τρίπηχυ ἦν τῷ*

μεγέθει, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκὸς, τῇ δεξιᾷ δόρυ ἔχον διῃρμένον, τῇ λαίᾳ δ' ἠλακάτην καὶ ἄτρακτον. Schol. in Lycophr. 355. Sic et Apollodor. Biblioth. l. iii. c. xii. s. 3.

LAMPSACI.

Lysander cepit et diripuit Lampsacum anno XXVI belli Peloponnesiaci, *ξύμμαχον οὖσαν Ἀθηναίων.* Xenoph. Hellenic. l. ii. c. i. s. 12. Vide et l. i. c. ii. 10. C 1. *δαινύμενος, ὥσπερ Λαμψακηνὸς εὐνοῦχος, κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον.* Hipponact. fragm. Fuit forsan regulus seu tyrannus quidam, Persarum rebus jam deficientibus, Macedonum nondum exsurrectis.

Lampsacum, Phocæis adpellantibus, nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capessere. Pomp. Mela. l. i, c. xix.

D 1. Apollo in iis Asiæ regionibus sic cultus esse videtur.

Ille caput flavum lauro Parnasside vinctus
Verrit humum Tyrio saturata murice palla :
Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis
Sustinet a læva : tenuit manus altera plectrum.

Ov. Met. l. xi. 165.

Poeta et cælator eandem statuam respexisse videntur.

LARISSÆ.

Nomen Æolice scriptum distinguit a Larissa in Thessalia.

LEBEDI.

Nummorum fabrica plane Asiatica est, et caput galeatum Minervæ, cum noctua in altera parte, Lebedi insigne fuit. Vide Pellerin. vol. ii. pl. LVII. fig. 32. Lebedos, Clariique Apollinis fanum, quod Manto, Tiresiæ filia, fugiens victores Thebanorum Epigonos statuit. Pomp. Mela. l. i. c. xvii.

MAGNESIÆ AD MEANDRUM.

Μάγνητες, οἱ ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ κατοικοῦντες, ἱεροὶ τοῦ θεοῦ, Δελφῶν ἄποικοι. Aristot. seu Theophrast. apud Athenæ. iv. 74.

MALLI.

Cujus proculdubio sunt nummi argentei inter incertos Musei Hunteriani editi, et inscripti ΜΑΡΛΟ et ΜΑΡΛ ; Græci enim antiqui libenter acceperunt et pronunciarunt eos litterarum concursus a quibus delicatulæ aures recentiorum abhorrebant, unde ΜΑΡΛΟΣ fiebat ΜΑΛΛΟΣ, mutatione solenni.

MILETI.

Miletum, urbem quondam Ioniæ totius belli pacisque artibus principem. Pomp. Mela. l. i. c. xvii. Miletus Apollinis filius e Creta, regnante Minoe sene jam invalido, fugit,

et in Aside terra
Mœnia constituit positoris habentia nomen.
Ovid. Met. l. ix. 447.

—Νείλεῳ τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστύν. Herodot. ix. 97.

MYRINÆ.

Vide Diodor. Sic. l. iii. c. liv. Myrina fuit regina Amazonum Africanarum quæ urbem Cernen in Asia diruit, et aliam suo nomine in ejus loco condidit.

MYTILENÆ.

A 2 et 3. Caput simile in nummo æreo Visconti pro Sapphus imagine edidit, Iconogr. Grecq. p. iii. fig. 4. perperam, credo: nam hi nummuli antiquiores sunt quam ut hominis cujusdam effigies iis imprimenda moribus seculi conveniret.

OLYMPI.

Olympum—urbem antiquam, et omnibus rebus auctam, et ornatam. Cic. Verr. ii. 1, 21.

PERGÆ.

Dianæ simulachrum ornamentis aureis a Verre spoliatum erat. Cic. Verr. ii. 1, 20.

PHASELIS.

Phaselis a Mopso condita. Pomp. Mela, l. i. c. xiv.

PHOCÆÆ.

Οἱ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι πρῶτοι Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, καὶ τόν τε Ἀδρίην, καὶ τὴν Τυρσηνίην, καὶ τὴν Ἰβηρίην, καὶ τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες. Herodot. i. 163.—λαβὼν τριακοσίους στατῆρας Φωκαεῖς. Demosth. προς Βοιωτ. υπερ προικ. μητρ.

PRIENES.

Mazares Cyri dux Πριηνέας ἐξηνδραποδίσατο, Herodot. i. 161.—αὐτοὶ οἱ Πριηνεῖς ἐξ Ἑλίκης εἶναι λέγονται. Strab. l. viii. c. vii. s. 2.

PRUSÆ.

—Προῦσα—ἡ Κίος πρότερον ὀνομασθεῖσα· κατέσκαψε δὲ τὴν Κίον ὁ Φίλιππος ὁ Δημητρίου υἱὸς,——ἔδωκε δὲ Προυσίᾳ τῷ Ζήλᾳ.— ἀναλαβὼν δ'ἐκεῖνος ἐκ τῶν ερειπίων αὐτὰς, ἐπωνόμασεν αφ'εαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν δὲ Μυρλείαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός. Strab. l. xii. p. 814.

RHODI.

Olymp. XCIII. an. 1. Οἱ τὴν Ῥόδον νῆσον κατοικοῦντες καὶ Ἰηλυσὸν καὶ Λίνδον καὶ Κάμειρον μετῳκίσθησαν εἰς μίαν πόλιν τὴν νῦν καλουμένην Ῥόδον. Diodor. Sic. l. xiii. c. 75.

SAMI.

Haud diu post regnum a Dario I. susceptum, τὴν Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι παρέδοσαν Συλοσῶντι ἔρημον ἀνδρῶν. Herodot. iii. 149. Gravius postea afflicta circiter ann. 500 ante C. ita in brevi tempore aucta esse videtur, ut anno CCCCXLI, quo capta fuit a Pericle, potentissima Ionum fuerit, et ὡς Θουκυδίδης φησὶ, παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάττης τὸ κράτος Ἀθηναίους. Plutarch. in Peric. s. 28.—σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη. Strab. l. viii. c. iii. s. 19.

SIDÆ.

σίδας δὲ τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοὶ. Athenæ. l. xiv. c. 64. τουτέων (Περσέων) χίλιοι μὲν ἐπὶ τοῖσι δόρασι ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας. Herodot. vii. 41. τὰ μὲν ὦν ἐς τὸν σκόρπιον μυθέονται, ἱρά τε καὶ θεοπρεπέα. Lucian. de D. S. 29.

SMYRNÆ.

Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλεν (Σαδυάττης). Herodot. l. i. 16.

SOLORUM.

οἱ μὲν Κύπριοι Σόλιοι καλοῦνται· οἱ δὲ Κιλίκιοι, Σολεῖς. Vita Arati a Petav. edit. Vide et Diog. Laert. l. i. 51.

TENEDI.

Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, pulcherrime factum, &c. Cic. in Ver. ii. 1. 19. Capita conjuncta Tenis et Hemitheæ, de quibus vide schol. in Lycophr. vs. 232-3, esse videntur.

TEI

—τοῦ δ' ('Αρήγοντος) Ἄρτεμις ἀναφερομένη ἐπὶ γρυπὸς σφόδρα εὐδοκιμεῖ (γραφή.) Strab. l. viii. c. iii. s. 12.

TRIPOLIS.

Tripolitani (in Lydia) iidem et Antoniopolitæ Mæandro alluuntur. Plin. v. 29.

REGUM.

CARIÆ.

MAUSSOLI.

Ab Artaxerxe II. Persarum rege defecit Maussolus, et Halicarnassi regnavit. Diod. Sic. xv. 90.

PERGAMI.

Sex fuerunt principes seu tyranni Pergameni e familia Philetæri eunuchi, Lysimachi quæstoris, quorum tres posteriores tantum reges appellati sunt. Strab. l. xiii. p. 894. Cum titulus tamen idem in nummis omnibus omnium inscriptus sit, nullo modo discerni potest qui cuique tribuendi sint; neque enim est alia in arte discrepantia, quam quæ in unius et ejusdem principis moneta frequenter occurrit. Cum tamen hi nummi trium plane regum sint ætate jam provectiorum, eos distribuimus ut nobis probabilius visum est.

CYPRI INSULÆ REGUM.

PYTHAGORÆ.

Evagoræ filius et successor fuit Pythagoras (Diodor. l. xv. c. 4.) male ab Isocrate et postea ab ipso Diodoro (l. xvi. c. 46.) Protagoras appellatus. Verum reguli nomen hic nummus unicus et præstantissimus satis declarat.

ASIÆ BARBARÆ ET INCERTÆ.

In horum et sequentium Phœniciorum nummorum descriptione litteræ singulæ singulas civitates ad quas pertinere videntur, numeri Romani magnitudines, et Arabici singulos nummos uniuscujusque magnitudinis, significant; sed quænam sint eæ civitates ne hariolari quidem ausim.

PHŒNICUM ET PERSARUM NUMMI INCERTI.

A 1. Duæ pelles leoninæ duplicem vim significasse videntur, atque inde forte Hercules Thebanus duos prostravisse leones, alterum in Cithærone, alterum in Nemea, a mythographis traditur. Vide Apollodor. Biblioth. l. ii. c. iv. s. 10, et c. v. s. 1.

Τρίπολις—τρεῖς πόλεις—σταδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα—ἡ μὲν Αραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων. Diodor. Sic. l. xvi. c. xli.

Jovis capillati sigillum in E 1-8, ad exemplar forte factum magni illius simulachri quod Babylone in Beli templo celeberrimo ex auro extabat. Vide Herodot. l. i. c. 183.

E 1-17. Omnes ad unam et eandem civitatem pertinere videntur, atque eam bonis artibus florentissimam, Tyrum forsitan antiquam ab Alexandro magno captam et direptam. Nihil in arte aut absolutius aut elegantius est quam horum nummorum sigilla et imagunculæ, at indoles tamen artis est a Græca prorsus aliena. Minutissima summa cura observata et imitatione expressa sunt; sed vis affectuum et impetus agendi in animalium, et divina majestas in deorum simulachris, in nullis Phœnicum operibus inventa est. Corporum formas imitantur, animarum affectus non exprimunt. Hercules est idem atque in Parthorum regum nummis, nisi quod elegantius effictus est, et bos Indicus non minus Asiam ulteriorem indicat.

Herculem esse hunc deum vel heroa arguit nummus argenteus sexti Arsacidarum, in quo locum ejus tenet idem Græco habitu effictus ab artifice proculdubio cum Demetrio II. Syriæ rege a Parthis capto. Quisquis tamen fuerit deus hic Phœnicum et Parthorum, vestimenta, braccæ, tunica manicata, et galerus, frigidioris cujusdam terræ, Mediæ forte vel Scythiæ, eum indigenam fuisse plane demonstrant. Vide Strab. l. xi. c. xiii. s. 9.

Sigillum viri in avem desinentis in E 13, non aliud esse videtur symbolum quam discus alatus in E 8 et 9, humana forma, more recentiorum et elegantiorum hominum, indutus. Vide Le Brun peregr. in Persep. rud. Tab. 143 et 153, vol. ii.

E 6, 7, 14. Ejusmodi castellum adhuc extans vidit vir clariss. E. D. Clarke in Bosphori Cimmerii litore Asiatico. Vide peregr. vol. i. c. xvii.

E 6-8. In his atque in Cromnæ nummulo tantum Jovis simulachrum, capillis sic, Bacchi more, longis et circum caput religatis, mihi videre contigit. Mixtum forte numen Jovis et Bacchi in his forte adumbratur, ut

in infra descriptis Beryti, quibus hederæ folium, hordei spica, et uvæ racemus sigillo hinc inde apponuntur ; ejusmodi enim numen multi in Ægyptiorum Osiride agnoscebant. *τὸν δὲ Οσιριν οἱ μὲν Σέραπιν, οἱ δὲ Διόνυσον, οἱ δὲ Πλούτωνα, οἱ δὲ Αμμωνα, τινὲς δὲ Δία, πολλοὶ δὲ Πᾶνα, νενομίκασι.* Diodor.Sic. l. i. c. xxv. et Bacchus—*εὑρεῖν καὶ τὸ ἐκ τῆς κριθῆς πόμα, τὸ προσαγορευόμενον μὲν ὑπ' ἐνίων ζῦθος, οὐ πολὺ δὲ λειπόμενον τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας· τοῦτο δὲ διδάξαι τοὺς χώραν ἔχοντας μὴ δυναμένην ἐπιδέχεσθαι τὴν τῆς ἀμπέλου φυτείαν.* Ibid. l. iv. c. ii.

F. 5. Bambyce—al. Hieropolis—Syris Magog. ibi prodigiosa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur. Plin. H. N. v. 29. Vide et Ovid. Metam. iv. 44, et Lucian. de dea Syria. Barbatum tamen plane est hoc sigillum, et dei forsan ab Hebræis antiquis celebrati, nomine Dagon.

Omnes hi nummi littera F designati unius atque ejusdem civitatis esse videntur ; atque summam fuisse ejus opulentiam antiquam plane demonstrant. Caput barbatum nonnulli pro Massanissæ regis effigie perperam acceperunt ; nummi enim, in quibus incusum est, haud paullo antiquiores sunt, ut ad Sidonem ante Macedonica tempora pertinere magis crediderim. Asiani, non Africani, certissime sunt.

Nummi fabricæ serioris omnes Romanis imperatoribus cusi esse videntur. Antecedentes, ante Macedonicum imperium.

REGUM PERSARUM ACHÆMENIDUM.

A 1. *Δαρεῖος μὲν γὰρ, χρυσίον καθαρώτατον ἀπεψήσας ἐς τὸ δυνατώτατον, νόμισμα ἐκόψατο.* Herodot. iv. 166.

Δαρεικὸς ἑκάστῳ ἔσται μισθὸς τοῦ μηνὸς, καὶ τοῖς λοχαγοῖς διμοιρία, καὶ τοῖς στρατηγοῖς τετραμοιρία. Xen. *ἀνάβ.* vii. 6. i. Vide in Cyzic.

Sigillum Herculis Indorum et Medorum esse videtur ; quem sacerdotes Ægyptii pro rege eorum Sesostre Herodoto venditarunt. Vide ii. 102 et 106. Persæ veteres nullas litteras suas habuisse videntur, sed Assyriis, Phœniciis, et Græcis usi esse. Vide Herodot. l. iv. c. 87, et numm. inc. F. 1.—*ἵππον, ὃν ἐν Λαμψάκῳ ἀπέδοτο πεντήκοντα δαρεικῶν.* Xenoph. *ἀνάβ.* vii. 8. 3. *τουτέων* (*Περσέων*) *χίλιοι μὲν ἐπὶ τοῖσι δόρασι ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας.* Herodot. vii. 41.

ASIÆ ULTERIORIS.

BERYTI.

A 1-7. Hos nummos huic civitati tribuimus propter litteram B, quæ omnium in margine constans est. Alii Solis et Tarso in Cilicia tribuerunt

propter Σ et T sub sedili in nonnullis; sed quum aliæ litteræ in aliis sub sedilibus inscriptæ sint, non ad nomen civitatis pertinere videntur. Etsi litteræ Græcæ omnino sunt, sigilla artis Phœniciæ indolem et consuetudinem plane exhibent.

REGUM.

ANTIOCHI I.

A 4. Unicus et pretiosissimus est hic nummus, Herculem, laboribus confectis, immortalitatem adeptum, orbi terrarum lustrato et triumphato victorem insidentem, exhibens.

SELEUCI V.

Seleuco VI. hi nummi tributi sunt ob titulum, qui in utriusque idem est; sed vultus prorsus alius alium regem indicat.

ARMENIÆ REGUM.

TIGRANIS.

—*ὑπὸ γῆν ἐνεχθεὶς* (*Ὀρόντης ποταμός*) *ἀναδίδωσι πάλιν τὸ ῥεῦμα.* Strab. l. xvi. c. ii. s. 7.

BACTRIANÆ REGUM.

EUTHYDEMI.

Euthydemus, a Magnesia oriundus, sublatis satrapis rebellibus, ab Antiocho III. victus, at postea rex agnitus Ol. CXLIII. 2. filia in matrimonium filio ejus Demetrio promissa. Polyb. lib. xi. Fragm. v.

HELIOCLIS.

Demetrius forte supra dictus, sic postea denominatus.

PARTHIÆ.

REGUM ARSACIDARUM.

II.

Arsacis I. qui biennio postquam a Seleucidis defecerat, regno nondum stabilito, occisus est, nummi vix sperandi sunt; atque ideo haud injuria eos, qui regis effigiem imberbem, Macedonico more, exhibent, fratri ejus,

qui prosperis rebus firmato regno, se regem magnum appellari fecit, tribuerunt viri doctissimi Eckhel et Visconti.

Gotarzes—vota diis loci suscipiebat, præcipua religione Herculi. Tacit. Ann. l. xii. c. xiii.

III.

Tertium titulus idem nondum auctus, necnon et capilli Scythico more neglecti, et operis elegantia, in his nummis satis indicant.

IV.

Vix alii quam quarto hi nummi convenire possunt, etsi titulus επιφανης in rege, qui mortuus sit antequam Antiochus IV. regno Tyro-Macedonico potitus sit, suspectus est.

V.

Hos nummos sexto tribuerunt viri docti supra laudati, quos tamen arguit regis effigies, naso adunco peculiaris, et ab ea, quæ in nummo sequente insculpta est, prorsus aliena; atque hunc annus Seleucidarum CLXXIII. inscriptus sexti esse plane prodit. Demetrius II. cum exercitu captus artificem proculdubio suppeditavit, qui tetradrachmam, elegantia vere Græca, regi φιλελληνι fecit.

VII.

Quum regem in bello fortissimum, in pace mitissimum, propter res maximas gestas subditi Deum appellassent, titulum quem ipsius modestia in nummis recusaret, filius salva pietate accipere potuit, et se Θεοπατορα in iis inscribi sinere. Effigies regis et elegantia operis plane distinguunt hos nummos ab aliis Arsacis XIII. eodem titulo insignitis, quos supra exemplo prolato descripsimus.

VIII. IX.

Octavi et noni hos nummos esse tum artis elegantia seculo posteriori haud conveniens, tum barbæ et capillorum habitus plane persuadet; et aucti tituli in alteris discrimen in utrisque facit.

X. XI.

Decimus et undecimus, senex uterque octogenarius, ad regnum capessendum alter post alterum appellati sunt; et vultus seniles in utriusque nummis ab aliis, et aucti tituli in alterius a se invicem, distinguunt.

XII.

Quum Deum agnomen solus e regibus Arsacidis duodecimus sibi assumserit, de ejus nummis nemini dubitare licet.

XIII.

Eadem ratione certissime dignoscere licet monetam filii ejus et successoris, qui parricida gloriari se patre deo ortum esse haud veritus est.

XIV.

Aquila coronam regi afferens victorem Crassi, et maximum de Romanis triumphum, plane indicat.

XV.

Tyranni pessimi, qui patre, fratribus, filiis, et nobilibus quamplurimis occisis, in Parthorum res per duodequadraginta annos varia fortuna grassatus est, nummi satis noti sunt tum e numero, tum ex anno Seleucidarum CCLXXVI. in tetradrachma a Viscontio edita inscripto. Tropæum in postremis hic descriptis Antonii triumviri repulsum celebrare videtur.

XVI.

Facies juvenilis, stellæ et tituli paterni, mentum rasum more generis materni, ars nondum omnino depravata, ipsaque nummi raritas eximia, decimisexti, qui menses aliquot tantum regnavit, credere suadent. Viscontius tamen tribuit Meherdati a Claudio Imp. misso ad regnum occupandum, qui in ipso conatu oppressus, rex non fuisse videtur.

XVII.

Nullam aliam causam credendi hunc nummum decimiseptimi esse habeo, quam quod alii nulli effigies convenire videatur; et ars temporis neque multum prioris neque posterioris sit.

XVIII.

Nomen victoris victique regis nihil dubium in his relinquunt.

XIX.

Decimusnonus, bis expulsus et totidem restitutus, duplicem fortunam binis Victoriæ icunculis significasse videtur; atque ideo, si ejus sint hi nummi, in ultima senectute cusos esse oportet. Priorem e Media reditum Victoria equo regem incedentem conducente, in tetradrachmis impressa, indicatum credo.

XX.

Vigesimi, anni Seleucidarum tetradrachmis inscripti nummos et effigiem satis monstrant.

XXI.

Vigesimi primi quoque paribus annorum notis plane dignoscuntur.

XXII.

Vigesimo primo quoque has drachmas tribuit Viscontius; neque in opere ita rudi effigies vel similis vel dissimilis multum ponderis in alterutram partem habere potest: attamen alius habitus et forma in barba et capillis mihi magis suadent successoris ejus eas esse.

XXIII.

De his annus Seleucidarum inscriptus omne dubium tollit.

XXIV.

Tetradrachmam edidit Viscontius, cui nomen Pacorus inscriptum est, et qua apparet hunc regem more Macedonico faciem rasam habuisse; et quum alii Arsacidarum nulli post secundum id moris fuerit, ejusdem hos quoque nummos esse credo.

XXV.

In tetradrachma annus Seleucidarum nullam dubitationem relinquit; et in drachma barbæ forma et capillorum habitus, opere licet rudi et informi, ejusdem regis esse videntur.

XXVI.

Hanc tetradrachmam annus Seleucidarum dubiam esse non sinit.

XXVII.

Has quoque tetradrachmas littera B et anni Seleucidarum inscripti dubias non esse sinunt; et habitus et effigies in cæteris ejusdem esse apparent.

XXVIII.

Hi etiam nummi iisdem rationibus certissime distinguendi et tribuendi sunt: et drachmæ quæ sequuntur ita rudes et informes sunt, ut non nisi fractis jam rebus et dissoluto quodammodo imperio cusas esse crediderim.

Herculis simulacrum in horum regum nummis excusum Herculis est Tyrii in Phœnicum nummis argenteis antiquissimis E 8-9, simili vestitu, at opera et arte elegantiore, exsculptum.

ÆGYPTI.

REGUM LAGIDARUM.

PTOLEMÆI I.

De Ptolemæo primo, tanquam notho et ante tempus legitimum nato, super clypeum a Lago, qui matrem Arsinoem uxorem duxerat, exposito et ab aquila nutrito, vide Suid. Λαγος.

PTOLEMÆI II.

In nummis æreis Ptolemæorum distribuendis parum plerumque certitudinis est; sed quum socius et protector regum Epirotarum esset Ptolemæus II., ad eum præcipue pertinere Jovis Dodonæi imago videtur. Cæteri ob artis elegantiam, Jovis imaginem laureatam a posterioribus non agnitam, necnon similitudinem quandam vultus, eidem tribuuntur. C 1 tamen Ptolemæi Cerauni, in Macedonia cusus, esse potest; quum Jovis Dodonæi caput in Macedonum Ægæensium nummis impressum sit, et aquila ad stirpem ejus et fabulam de patris infantia, non ad regnum Ægyptiacum pertineat. Ptolemæus II. tamen τεμενος quoddam tenebat Dodonæ, atque ad eum pertinere videtur hic nummus. Vide Athenæ. l. v. c. xxxv. Ed. Schweigh.

PTOLEMÆI III.

Quum effigies in hoc nummo argenteo impressa nullius e sex Ptolemæis prioribus nisi tertii esse possit, neque opus ita elegans et absolutum seculi posterioris habendum sit, pro ejus imagine certissime agnoscenda est. Ærei eidem tribuuntur, quia aliis minus convenire videntur.

PTOLEMÆI IV.

Non aliam ob causam hi nummi ærei Ptolemæo IV. tribuuntur. Aurei et argentei titulo et effigie satis indicantur.

PTOLEMÆI V.

E numero, elegantia, et vultu regis puerili, hi nummi aurei et argentei pueri Ptolemæi V, qui quinquennis regnum accepit, et annos XXIV. regnavit, habendi sunt, non Ptolemæi XIII. qui vix omnino regnavit, et cui perperam eos viri docti tribuerunt. Eidem æreos hos tribuimus, quia cornucopia sub aquilæ ala idem significare videtur atque hordei spica in diademate regis; felicitatem scilicet et abundantiam.

PTOLEMÆI VI.

Etsi habitu ac persona regis nummi hi argentei differre satis videntur ab iis qui titulo φιλομητορος ejus esse certissime probantur, vultus tamen idem esse apparebit, ratione habita hominis provectioris ætate, varia fortuna per XXXV. annos usi, aliusque in aliis locis artis monetariæ. Palmæ quoque ramusculus sub aquilæ ala in utrisque idem est; et Ϲ pro Σ nummis his et sororis Cleopatræ peculiare est; Romanaque littera L, λυκαβαντος significans; et in annis indicandis major numerus in primo et minor in postremo loco, Romanos mores ex Romano imperio jam adulto obrepentes plane monstrant. Æreos nummos sequentes esse ejusdem, sceptrum, palmæ rami locum tenens, atque idem quasi significans, probabile facit.

PTOLEMÆI VII.

In hoc nummo argenteo, effigies hominis plane obesi, et eadem littera L cum numeris in eodem ordine Romano, huic regi eum jure tribuendum esse suadent. Ars quoque est hujus seculi. De æreis titulus ευεργετου dubitare non sinit.

CLEOPATRÆ I. REGINÆ.

Vide supra de Ptolemæi VI. nummis.

EJUSDEM CUM FILIO.

Conjunctum imperium duæ aquilæ conjunctæ plane indicant, etsi nomen reginæ non inscriptum est.

PTOLEMÆI VIII.

Vix alius esse potest quam hujus regis hic nummus argenteus, ut ex collatis præcedentibus et sequentibus plane apparebit. Æreos ob cornucopiæ, quod idem est ante binas aquilas Cleopatræ et filii, eidem tribuimus.

CLEOPATRÆ II. REGINÆ ET FILII.

Hunc nummum æreum edidit Vaillant cum nomine reginæ circum caput scripto, at in hoc vestigia tantum litterarum extant. Vide Ptolem. Hist. p. 121.

PTOLEMÆI IX.

Ad filium Cleopatræ II. hos nummos pertinere idem tegumen capitis e pelle elephantina, in nullo alio rege Alexandrino observatum, plane demonstrat.

PTOLEMÆI X.

Quum regnum dierum XVIII. tantum fuerit, nummos hujus regis vix extare puto, aut unquam cusos esse.

PTOLEMÆI XI.

Nummos hos æreos 1, 2, et 4, huic regi tribuimus quod alii convenire non viderentur; 3, effigies eadem atque in argenteis ejusdem esse demonstrat.

BERENICES II. REGINÆ.

Nummum hunc argenteum Berenices filiæ Ptolemæi XI., quæ regnum paternum, eo expulso et exulante, per aliquot annos tenuit, tridens in nummis ejus argenteis obvius, et corona hederæ ad ejus titulum ΔΙΟΝΥΣΟΝ pertinens, satis ostendunt.

ARSINOES II.

Quum hæc Arsinoe, Ptolemæi XI. filia, fratri desponsa fuerit æque atque antiqua ea Ptolemæi II, titulus *Φιλαδελφου* haud minus huic convenit; et littera Romana in LIL, anno nempe XVI. (ætatis forte), hujus esse hunc nummum plane prodit.

PTOLEMÆI XII.

Quum clava Herculis symbolum sororis esset, et præcipuum in nummis locum teneret, credere licet fratrem caput ejus dei in suis imprimi fecisse, vel Martis, qui perinde robur significaret; atque ideo hos nummos huic regi tribuimus.

CLEOPATRÆ III. ET PTOLEMÆI XIII.

Per triennium tantum tenuit Cleopatra regnum cum fratre minŏre divisum, atque eo tempore hic nummus cusus reginæ celeberrimæ effigiem adhuc puellæ omnibus illecebris florentis exhibet.

AFRICÆ PUNICÆ ET LATINÆ.

CARTHAGINIS.

I 1-2. Prior nummus e purissimo est argento, alter ex inquinatissimo; at uterque tamen eundem in re monetaria locum tenuisse videtur; et quum prior et major fabricæ haud paullo antiquioris sit, claro monstrant

exemplo, quanta fraude et licentia in moneta imminuenda et adulteranda usi sint Carthaginienses, et fidem Punicam non sine causa male audiisse apud veteres.

PUNICARUM CIVITATUM INCERTARUM.

Pœnorum in Sicilia urbes fuerunt præcipuæ Panormus, Motya, et Soluntium. Thucyd. l. vi.

SICILIÆ GRÆCÆ.

Credo tum, cum Sicilia florebat opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula: nam domus erat ante istum Prætorem nulla paulo locupletior, qua in domo hæc non essent, etiamsi præterea nihil esset argenti; patella grandis cum sigillis ac simulachris deorum; patera, qua mulieres ad res divinas uterentur; thuribulum. Cic. in Verr. IV. s. xxi.

ADRANI.

A Dionysio tyranno condita est urbs anno 1. Olymp. xcv. Diodor. Sic. l. xiv.

ÆTNÆ.

Olymp. lxxvi. 1, Hiero, amotis veteribus incolis et novis compluribus adscitis, Catanam auctam et ornatam Ætnam appellavit, quorum pars annis postea xiv in bello cum Siculis expulsa urbiculam, cujus sunt hi nummi, condidit. Diodor. Sic. l. xi.—*καὶ τὸν Ἱέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν.* Strab. l. vi. c. ii. s. 3.

AGRIGENTI.

Larus, Herculi forte sacer, volucrum voracissimus, ut ille deorum, vide Epicharm. apud Athenæ. l. x. c. 1. Condita est urbs a Gelois dcv. ante C. N. annis; (Thucyd. l. vi. s. 4. Larcher Chronologie d'Herodot.) atque a Carthaginiensibus capta ccccvii. Olympiadis xciii. 2. Xenoph. Hellen. I. v. 13.

ALÆSÆ.

Dionysio Syracusarum tyrannidem tenente, condita est hæc urbs ab Archonide Herbitensium principe, et maxime floruit sub Romanorum imperio. Diod. Sic. l. xiv.

APOLLONIÆ.

Nummulum hunc argenteum Apolloniæ cujusdam esse vix dubitare licet; et a simili litterarum distributione in Syracusanorum nummulis aureis antiquissimis Siciliæ eam esse probabile videtur.

CAMARINÆ.

A Syracusanis condita est urbs DCXXIII. annis ante C. N., atque ab iisdem postea diruta. Iterum condita est ab Hippocrate Gelæ tyranno, atque eversa et condita a successore ejus Gelone. Thucyd. vi. 5. Herodot. vii. 156. et Larcher Chronol. Strabone scribente prorsus perierat. l. vi. c. ii. s. 5. *Μαμερτῖνοι Καμαρίναν καὶ Γέλαν ἀναστάτους πεποιηκότες, Μεσσήνην δὲ ἀσεβέστατα κατειληφότες.* Diodor. Sic. Fragm. l. xxiii. eclog. 2. Inter Agathoclis et Hieronis tempora hæc acciderunt. Iterum capta et direpta, venditis incolis, a Romanis, Olymp. cxxx. 2. ib. eclog. 9.

CATANÆ.

A Naxiis condita est Catana DCCL. annis ante C. N. (Thucyd. vi. 3. et Larcher, ib.) duce Theucle.—*οἰκιστὴν δὲ αὐτοὶ Καταναῖοι ἐποιήσαντο Εὔαρχον.* (Thuc. ib.) cujus effigies forsan in nummis argenteis A 13-14. impressa est. Incolis mutatis, nomen Ætnæ ab Hierone accepit, qui ut conditor ejus a Pindaro celebratur. Strab. lib. vi. c. ii. s. 3. Mortuo tamen eo, ut antea appellata est, civibus restitutis; qui iterum a Dionysio expulsi sunt, et urbs Campanis militibus data anno ante C. N. CCCCIII. Diodor. Sic. l. xiv. Demum a Sexto Pompeio vastata et afflicta colonos ab Augusto cum Syracusis recepit. Strab. l. vi. c. ii. s. 4.

CENTORIPORUM.

—*ἐπὶ Κεντόριπα Σικελῶν πόλισμα.* Thucyd. l. vi.—Civitas totius Siciliæ multo maxima et locupletissima. Cic. in Verr. iv. s. xxiii.

CEPHALŒDII.

Κεφαλοίδιον, Strabo *πολίχνιον* et Diodorus *φρούριον* appellat. Thynnorum captura postea celebris.

DANCLES SIVE ZANCLES.

A prædonibus e Cuma in Italia, duce Periere, adscitis aliis ex eorum metropoli Chalcide in Eubœa, duce Cratæmene, condita, medio octavo ante C. N. seculo, a Messeniis e Peloponneso expulsis capta est Zancle,

et Messana denominata Olymp. xxviii. 1. Thucyd. vi. 4. Pausan. iv. 23. Κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε ————————Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα, τῶν πρὸς Κατάνῃ. Strab. l. vi. c. ii. s. 3.

ENTELLÆ.

—ἦσαν δ' οἱ οἰκοῦντες Καμπανοὶ τὸ γένος, σύμμαχοι Καρχηδονίων. Steph. de urb.—Milites Dionysii mercenarii fuerunt, qui Entellam profecti, persuasis civibus ut inquilinorum jus sibi concederent, noctu per insidias quotquot pueritiæ annos exierant contrucidarunt, uxoribusque illorum in matrimonium adscitis, urbis possessionem sibi usurparunt. Olymp. xciv. 1, Vide Diodor. Sic. l. xiv. c. 9.

ERYCIS.

Elymorum, e Trojanis expulsis oriundorum πόλεις Ἔρυξ καὶ Ἔγεστα. Thucyd. l. vi. Ὧν τῇ μιᾷ (τῶν τοῦ Φοινοδάμαντος θυγατέρων) κυνὶ ὁμοιωθεὶς ὁ Κριμισσὸς ποταμὸς ἐμίγη, καὶ ἐγέννησε τὸν Αἰγέστην, ὃς ἔκτισε τρεῖς πόλεις ἐν Σικελίᾳ, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Αἰγέστην, καὶ Ἔρυκα, καὶ Ἔνταλλαν, ἢ Ἄταλλαν, ἀπὸ τῆς γυναικός. Schol. in Lycophr. 953. vide et vs. 961. τὸν Ἔρυκα κατέσκαψε πλὴν τοῦ περὶ τὸ ἱερὸν τόπου (Hamilcar). Olymp. cxxx. 2. Diodor. Sic. l. xxiii. Fragm. eclog. ix.

GELÆ.

Condita est Gela a Rhodiis et Cretensibus dccxiii. ante C. N. annis; atque multi ex incolis Syracusas a Gelone translati ccxxx. post conditam. Thucyd. vi. 4. Herodot. vii. 156. Larcher ib. Conditores fuerunt Antiphemus e Rhodo et Entimus e Creta. Thuc. ib. Strabonis ætate nondum extabat. l. vi. c. ii. s. 6. vide ad Camarinam.

HENNÆ.

Urbs a Syracusanis condita est lxx. annis post ipsas Syracusas; i. e. anno quarto Olympiadis xxviii. Steph. Servi fugitivi, Euno duce, eam occuparunt et diu tenuerunt.—ἐκάκωσαν δ' αὐτὴν μάλιστα ἐμπολιορκηθέντες ————————καὶ μόλις ἐξαιρεθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων. Strab. l. vi. c. ii. s. 6. Cædes civium inermium in concionem convocatorum a præsidio Romano facta est fraude et crudelitate infanda, jubente præfecto Pinario, et probante consule Marcello Syracusas tunc obsidente. Liv. xxiv. 38-9. Miserum genus humanum, cujus imperium omnium perfidissimi et crudelissimi Carthaginienses et Romani disputaverunt!

HERACLEIÆ.

Minoam, Selinuntiorum coloniam, occupaverunt Lacædæmonii, Dorieo ex Heraclidis, et postea Euryleone, duce, et Heracleiam appellaverunt, annis circiter 500 ante C. N. Herodot. v. 46. A Carthaginiensibus seculo subsequente capta et diruta, resurrexit, et Agathoclis, et Ciceronis etiam ævo floruit. Diodor. Sic. l. iv. 23, xx. 56. Cic. in Verr. ii. Hi nummuli in Sicilia reperti ei proculdubio tribuendi sunt.

HIMERÆ.

Condita est Himera DCXLIX, et a Carthaginiensibus capta CCCCIX. annis ante C. N. Thucyd. vi. 5. Diodor. Sic. xiii. 62. Xenoph. I. i. 27. Coloniæ duces fuerunt Euclides, Simus, et Saco, e Zancle. Thucyd. ib. Nunquam postea habitata est; sed Thermæ in ejusdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo, conditæ sunt. Cic. in Verr. ii. 35.—" in his (signis) mira pulchritudine ipsa Himera, in muliebrem figuram habitumque formata, ex oppidi nomine, et fluminis." Cic. ib.

IÆTÆ.

Incertæ positionis oppidum, et historicis ignotum.

LEONTII.

Theucles, Naxi conditor, et postea Catanæ, condidit et Leontium, expulsis Siculis, medio forsan octavo ante C. N. seculo. Thucyd. vi. 3. In Syracusas civitas cooptata est, translatis civibus, Olymp. LXXXVIII. 2. Diod. Sic. xii. 54. *Κριθή, τὸ τῶν ἀνδρῶν αἰδοῖον· τὸ δὲ γυναικεῖον, μύρτον.* Suid.

LILYBÆI.

—*ἅυτη γὰρ ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου· τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑπολειφθέντας ἀθροίσαντες κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλυβαῖον.* Diodor. l. xxii. eclog. xiv.

MEGARORUM.

A Megarensibus ex Attica condita est urbs annis DCCXXVII. ante C. N. et CCXLV. post a Gelone eversa, civibus Syracusas translatis. Thucyd. vi. 4. Larcher chron. Herodot.—Megara vi capta diruit ac diripuit (Marcellus consul). Liv. XXIV. 35.

MENARUM.

Urbs Sicula, patria Ducetii Siculorum ducis celeberrimi, qui eam μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον, anno ante C. N. CCCCLIX. Diodor. l. xi.

MESSENÆ.

Messana urbs denominata esse, quæ antea fuit Zancle, a Messeniis e Peloponneso expulsis, anno DCLXIV. ante C. N. videtur (Pausan. l. iv. c. xxiii.); quamvis ab Herodoto Zancle æque appellata sit quum a Samiis et Milesiis Persas et tyrannos ab iis impositos fugientibus anno CCCCXCIV. fraude occupata est, et tum demum, si ei credimus, Messene dicta est. vi. 23, et vii. 164. Ita eam tum primum Ionice esse dictam, Dorica forma relicta, probabile est; sed qua ratione Iones ex Asia nomen Peloponnesiacum urbi antea Ionicæ imposuerint, non satis constat. Nummi tamen antiquissimi, qui non antiquiore nomine Dancle inscripti sunt, a Samiis his colonis cusi esse videntur; seriores enim tantum et perfectiores Doricam nominis formam exhibent; et vetustissimus omnium, A 1. sigilla etiam Samia habet. Mortuo Agathocle, anno ante C. N. CCXC. Campani, milites ejus mercenarii, perfidia occuparunt, trucidatis Messeniis, et postea tenuerunt, nomine Mamertini, a deo Mamerte, Marte, dicti. Polyb. l. i. Diod. Sic. xxi. Everterant Carthaginienses funditus anno 1. Olymp. XCVI. in bello cum Dionysio, qui, hostibus deletis, eam restituit, colonis variis adductis. Diodor. l. xiv. 58 et 78. Anaxilas, ejus nominis alter, Rheginorum princeps, lepores in Siciliam introduxisse dicitur ineunte quinto ante C. N. seculo (Polluc. v. 75.) et quum victoriam Olympicam, a Simonide celebratam, mulis et carpento consequutus sit, nummi iis et lepore signati et Ionice inscripti ab ejus filio Leophrone, sive Cleophrone, Messanæ regnante, cusi esse videntur. Lepus animal aphrodisiacum et androgynum esse credebatur, vide Philostrat. imag. i. 6. Ælian. de animal. xiii. 12. Plin. H. N. viii. 55.

MORGANTII.

A Morgetis, gente Italica ab Œnotris expulsa, condita, Strabonis ævo nondum extitit. Strab. l. vi. c. ii. s. 4.

MOTYÆ.

Carthaginiensium colonia et emporium præcipuum, expugnata est Motya a Dionysio Olymp. XCV. anno quarto; et Diodori ævo nulla extitit. l. xiv. Antea tamen a Cnidiis, Olympiade L. condita fuisse videtur, quibus expulsis aut subactis occuparunt Pœni. Cluver. l. ii. c. i. De cane vide Lycophr. 961. et schol. in 953. supra ad Eryc. citat.

NAXI.

A Chalcidensibus ex Eubœa condita, medio octavo ante C. N. seculo, Doribus ab Hierone tradita anno 1. Olymp. LXXVI. funditus eversa est urbs a Dionysio anno 2. Olymp. XCIV. ante C. N. CCCCIII. Thucyd. l. vi. 3. Diodor. Sic. xi. 49. et xiv. 15. Vide sigillum, ejusdem forsan dei, in Argili Macedoniæ nummis antiquissimis, cum pedibus etiam equinis. Saturni sit an Sileni, an utriusque persona conjuncta, judicent doctiores.

PANORMI.

A Cnidiis forte, Olympiade L. condita, a Carthaginiensibus postea occupata, urbs eorum præcipua et imperii in Sicilia caput facta est; ac demum colonia Romana. Cluver. l. ii. c. 3. De cane vide Lycophr. 961. et Schol. in 953. supra ad Eryc. citat.

SEGESTÆ SIVE EGESTÆ.

Urbs Elymorum præcipua, nomine gentilitio Segesta, Græco Egesta, e Trojanis temporibus originem fabulosam deduxit, et circa belli Peloponnesiaci seculum maxime floruit. Postea a Carthaginiensibus capta et direpta est; atque demum, anno ante C. N. CCCVII. ab Agathocle eversa et excisa, et nomine Dicæopolis transfugis tradita. Exstitit tamen sub Romanorum imperio; at nummi argentei omnes ante excidium ab Agathocle illatum cusi esse videntur. vide Cic. in Verr. iv. Diodor. Sic. l. xx. Fuit apud Segestanos ex ære simulachrum Dianæ, cum summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opere artificioque perfectum. Cic. in Verr. iv. s. xxxiii. Erat admodum amplum et excelsum signum cum stola: veruntamen inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis. Sagittæ pendebant ab humero: sinistra manu retinebat arcum: dextra ardentem facem præferebat. ib. s. xxxiv. De cane et aliis sigillis in nummos impressis vide Lycophr. 961. et schol. in 953. ad Eryc. supra citat.

SELINUNTII.

Condita est urbs celeberrima et ornatissima a Megarensibus Hyblæis anno primo Olympiadis XXXV. ante C. N. DCXL; et a Carthaginiensibus capta et eversa anno quarto Olympiadis XCII. ante C. N. CCCCIX. Hermocrates Syracusanus eodem anno partim instauravit, collectis, qui evaserant, incolis numero MMDC. et postea nomen ejus occurrit: at nummi tamen, qui extant, omnes ante excidium cusi esse videntur. Thucyd. l. vi. 4. Diodor. Sic. l. xiii. Xenoph. Hellen. l. I. i. 27. ii. 7. Hercules ex Italia in Siciliam cum bobus transiturus *ταύρου κέρως λαβόμενος διενήξατο τὸν πόρον.* Diodor. Sic. iv. 22.

Olymp. cxxviii. 1. Τὴν δὲ Σελινουντίων πόλιν Καρχηδόνιοι κατασκάψαντες μετῴκισαν εἰς τὸ Λιλυβαῖον. Diod. Sic. l. xxiv. Fragm. eclog. i.

SOLUNTII.

E tribus Pœnorum urbibus fuit Σολους, et Græca sub Romanis facta, sero decidisse videtur. Thucyd. l. vi. Cic. in Verr. ii. et iii.

SYRACUSARUM.

A Corinthiis, Archia duce, condita est urbs Siciliæ opulentissima et pulcherrima, medio octavo ante C. N. seculo; et varia fortuna, nunc aucta nunc imminuta, stetit usque ad finem et dissolutionem imperii Romani; ita ut nummi ejus, qui omnis ævi plurimi et pulcherrimi extant, artis initia, progressus, et interitus planius et plenius quam ulli alii ostendunt. Thucyd. l. vi. Strab. l. vi. p. 388. Athenæ. l. iv. c. 63. Syracusani veteres elegantiæ in moneta semper studiosissimi fuisse videntur; atque eorum tyranni, Græcorum opulentissimi et magnificentissimi, multum proculdubio in eam rem contulerunt, etsi primus omnium Agathocles suum nomen in nummis inscribi fecit.

O 2-5. Λευκασπις Sicanorum fuit dux et heros ab Hercule occisus. Diodor. Sic. l. iv. c. xxiii. E 4. Dianæ sig. καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα Ζώννυσθαι. Callim. Hymn. in Dian. 11. I 1-8. Omnes hi nummi, maximi moduli, atque in altera parte Cereris vel Proserpinæ caput, in altera quadrigam exhibentes, litteram vocalem in secundo casu nominis majorem habent, et ætate inter se haud multum distare videntur, sed intra quinquaginta eos annos cusi esse, quibus Dionysii, pater et filius, regnum in civitate sub ducum, dictatorum, vel imperatorum persona, exercebant. Notissima sunt eorum studia acerrima in omnes ejusmodi artes, et eximia sumptuosaque elegantia in iis augendis et excolendis; quo fit ut hi nummi omnia omnium gentium et seculorum ejusmodi opera longe longeque pulchritudine præcellunt. Quum reges autem sese nunquam appellari fecissent, sed ηγεμονας tantum αυτοκρατορας, neque nomina sua, neque effigies imprimi jubebant in moneta, sed titulos et signa liberæ civitatis retinebant. Undecimo anno tyrannidis, ante C. N. 393, acceptæ sunt in usum publicum litteræ majores ab Atheniensibus, atque a Dionysio patre paullo ante in Syracusas publice adoptatæ. Nummos Timoleontis, et successoris Corinthii denotat Pegasus, quos sequutus est Agathocles, Hicetas, Hiero, &c. Ex urbibus a Dionysio eversis, Naxo, Catana, Leontio, Camarina, et Gela, nulla, nisi novis incolis postea instaurata, litteram longam in moneta exhibet.

TAUROMENII.

E Naxi reliquiis condita est urbs anno primo Olympiadis xcvi, ante C. N. cccxcvi, a Siculis congregatis in bello inter Dionysium et Carthaginienses; atque colonia Romana demum ab Augusto facta, cum forte vexata et vastata fuisset bellis fugitivorum et Sexti Pompeii. Diodor. Sic. l. xiv. 59, et xvi. 7.

C 4-7-8. Apolloniæ in Sicilia in Museo Hunteriano tribuuntur, sed recentiores esse mihi videntur quam ut ei convenire possint.

THERMARUM.

Carthaginienses Thermas condiderunt biennio post captam et eversam Himeram in ejus agri finibus, ante C. N. ccccvii; atque superstites ex Himerensibus ibi sese contulerunt; quorum posteri signa ærea Carthaginem deportata, a Romanis, ea deleta, receperunt. Diodor. Sic. l. xiii. 79. Cic. in Verr. ii. 35.

TYNDARIS.

A Messeniis e Peloponneso condita est urbs in agro a Dionysio dato, Olympiadis xcvi. anno 1, ante C. N. cccxcvi, atque potens facta Smentium et Morgantium cepit, et alia bella prospere gessit. Diodor. Sic. l. xiv. 78.

REGUM.

AGATHOCLIS.

Primus Siciliæ tyrannorum Agathocles monetam suo nomine cudi fecit; neque ille forsan ante Olympiadis cxviii. annum ii. quo primum se regem nuncupavit. Diodor. Sic. l. xx. 54. Antiquiores principes tantum civitatum et *ηγεμονες αυτοκρατορες* fuerunt.

HICETÆ.

Mortuo Agathocle anno ante C. N. cclxxxix, tyrannidem obtinuit Hicetas, qui anno cclxxx expulsus est. Diodor. Sic. xxii. ecl. 6. Tyranno priori ejusdem nominis, qui post Dionem occisum per novem menses regnum obtinuit, perperam nummos tribuerunt rei antiquariæ studiosi.

PHINTIÆ.

Vide Diodor. Sic. Fragm. xxii. eclog. 2. et 5.

HIERONIS.

Nummi omnes nomine inscripti Hieronis hujus secundi sunt; etsi rei antiquariæ studiosi nonnullos antiquiori illi Dinomenis filio, a Pindaro celebrato, male tribuerunt.

GELONIS.

Hi quoque sunt Gelonis filii et socii in imperio Hieronis II. jam senis, qui ante patrem mortuus est; non magni Gelonis illius qui Medicis temporibus vixit.

Gelo maximus stirpis, contempta simul senectute patris, simul, post Cannensem cladem, Romana societate, ad Pœnos defecit; movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione aspergeret, armantem eum multitudinem, sollicitantemque socios absumpsisset. Liv. xxiii. 30.

PHILISTIDIS REGINÆ.

De Philistide silent veteres, etsi nomen ejus theatro Syracusano adhuc inscriptum extat; et nummi omnes Hieronici sunt plane seculi. Sororem Gelonis fuisse credo, quæ, eo mortuo, patris senio confecti, et filii nondum adulti, tutelam habebat.

SICILIÆ PROVINCIÆ.

Syracusanorum nummos Hieronis et Gelonis nomine et effigie insignitos, sub Hierone Hieroclis filio cusos esse, omnes rei antiquariæ studiosi nunc agnoscunt; quum veteres illi principes, Dinomenis filii, dictatores tantum vel *ηγεμονες αυτοκρατορες*, non reges, fuissent, neque monetam suo nomine vel effigie impressam cudere ausi sint. At illorum tamen effigies esse arguit cl. Visconti, eo quod historici tradiderunt Hieroclis filium neque regem se appellasse neque regium ornatum capiti unquam imposuisse: sed non est tanta scriptorum paucorum ætate recentiorum auctoritas, in minutioribus hujusmodi rebus, ut contra monumentorum fidem valere debeat; atque ex ea non dubitandum est quin, si veterum illorum principum effigies in posterorum nummis expressæ essent, barbatæ fuissent, et alia etiam vestigia tam moris quam artis antiquioris conservassent. Radere barbam jam demum post Macedonica tempora Græci incipiebant, qui prius tondebant tantum; *τὸ ξύρεσθαι τὸν πώγωνα κατ' Ἀλέξανδρον προῆκται, τῶν πρώτων οὐ χρωμένων αὐτῷ.* Chrysipp. apud Athenæ. l. xiii. c. xviii. neque tyrannum Siceliotarum ullum ante Agathoclem aut nomen aut titulum aut

effigiem suam monetæ incudisse facile credam. Æreos tantum Hieronis nummos citat vir doctissimus, neque cognosse argenteos omnino videtur, in quibus tamen effigies haud paullo curatior, elegantior, et absolutior est. Duo maximi moduli ambo pulcherrimi et integerrimi, quorum alter regis effigiem prorsus juvenilem, alter prorsus senilem, exhibet, quæ utraque Hieroni illi veteri nullo modo convenire potest, quum XI. annos tantum regnaverit. Verum enimvero concedamus Hieronem ipsum neque regem se appellasse, neque insigne regium capiti suo imposuisse, non tamen eo constabit Senatum Syracusanum, cui multum in regno administrando tribuere solebat, non utrumque in moneta ei dedisse, et Geloni quoque filio et socio ejus insigne capiti, etsi civis tantum ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ titulum nummi ejus nomine et effigie insigniti exhibent. Si effigies Hieronis unius formæ et ætatis in nummis ejus argenteis maximi moduli, qui soli titulo regio inscripti sunt, exstaret, cusos esse eos crediderim post mortem ipsius, curantibus Hieronymi tutoribus, quum ita pauci inventi sunt, ut Musea omnia tam publica quam privata non plus quam tres vel quatuor possideant: at diversa ætas in regis effigie in diversis nummis diversa tempora sculpendi et incudendi plane demonstrat.

INSULARUM ÆOLIARUM.

LIPARÆ.

—*ἡ Λιπάρα, Κνιδίων ἄποικος,————ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς· ἡγήσατο δὲ καὶ στόλῳ, καὶ πρὸς τὰς τῶν Τυῤῥηνῶν ἐπιδρομὰς πολὺν χρόνον ἀντέσχεν, ———— καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων.* Strab. l. vi. c. ii. s. 10.

ITALIÆ GRÆCÆ.

ALLABÆ SIVE ALLIFÆ.

Urbs Samnitica fuit, ut Æsernia; et nummuli, qui tam opere quam litteris Græci sunt, ad civitatem Siciliæ quandam ignotam pertinere videntur. Vide Strab. l. v. c. iii. s. 10.

Νυνὶ δὲ, πλὴν Τάραντος, καὶ Ῥηγίου, καὶ Νεαπόλεως, ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα, καὶ τὰ μὲν Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους κατέχειν, τὰ δὲ Καμπανούς· καὶ τούτους λόγῳ, τὸ δ' ἀληθὲς Ῥωμαίους. Strab. l. vi. c. i. s. 2.

BRUTTIORUM.

E fugitivorum et latronum colluvie congregati, Terinam, Hiponium, Thurios, et alias quamplurimas urbes ceperunt et diripuerunt, atque in

legitimam gentis formam, republica constituta, sese redigerunt, anno primo Olympiadis CVI. ante C. N. CCCLVI. *καὶ προσηγορεύθησαν Βρέττιοι, διὰ τὸ πλείστους εἶναι δούλους· κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον οἱ δραπέται Βρέττιοι προσηγορεύοντο.* Diodor. Sic. XVI. 15.

BRUNDUSII.

A Cretensibus ante Troica condita esse traditur.—*τῇ δὲ Μεσσαπίᾳ γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται.* Strab. l. vi. c. iii. s. 6.

CAULONIÆ.

—*Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δ' Αὐλωνία λεγομένη, διὰ τὸν προκείμενον αὐλῶνα. ἔστι δ' ἔρημος.* Strab. l. vi. c. i. s. 10. Capta et diruta est, atque incolæ Syracusas translati anno quarto Olympiadis XCVII, ante C. N. CCCLXXXIX., a Dionysio. Diodor. Sic. XIV. 106. Funditus eversa est a Campanis, Romanorum sociis, in bello contra Pyrrhum et Tarentinos. Pausan. l. vi.

COPIÆ.

Θούριοι—ὕστερον δὲ Κοπίαι. Steph. de urb. vide et Strab. l. vi. p. 379.

CROTONIS.

Μύσκελος αὐτὴν ἔκτισεν ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑπτακαιδεκάτης ὀλυμπιάδος. Dionys. Hal. A. R. l. ii. c. 59. Colonia Achæorum fuit, quam alii prius ductam volunt, anno nempe ante C. N. DCCLIX. Strab. l. vi. p. 377. Larcher chronologie d'Herodot. Strabonis ætate nondum extabat. l. vi. c. i. s. 11, 12. *Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί.* Herodot. VIII. 47. Olymp. CXX. 2. Menedemo tyranno suo regente, ab Agathocle capta et direpta est. Diod. Sic. excerpt. l. xxi. In bello Pyrrhi postea omnino imminuta. vide Liv. xxiii. 30, et xxiv. 3.

CUMÆ.

—*Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν, καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων.* Strab. l. v. p. 349. Capta est anno quarto Olympiadis LXXXIX, ante C. N. CCCCXXI. a Campanis, quorum sunt nummi litteris Oscis inscripti, et ærei forsan omnes. Diodor. Sic. l. xii.

HERACLEIÆ.

A Tarentinis condita est Heracleia anno quarto Olympiadis LXXXVI.

ante C. N. ccccxxxiii. translatis a Siri incolis. Diodor. Sic. l. xii. c. 36. Inter tot civitates eo nomine ubique insignes, nulla est cui suos nummos certius tribuere, et ab aliis discernere licet.

HIPONIS SIVE HIPONII.

Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus. Plin. H. N. iii. 10. Est idem nomen FIBΩ atque ⊦ΙΠΩ alia dialecto. Capta est urbs, et incolæ Syracusas translati a Dionysio, anno primo Olympiadis xcviii. ante C. N. ccclxxxviii. Diodor. Sic. xiv. 107. Ἱππώνιον Λοκρῶν κτίσμα. Βρεττίους δὲ κατέχοντας ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Οὐϊβῶναν Οὐαλεντίαν. Strab. l. vi. c. i. s. 5.

HYRHII SIVE HYRHINÆ.

Cretenses, Minoe in Sicilia occiso, ἐνθαῦτα Ὑρίην πόλιν κτίσαντας, καταμεῖναί τε· καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν, Ἰήπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι. Herodot. vii. 170. Prorsus periisse Strabone scribente videtur, l. vi. c. iii. s. 6.

LAI.

—Συβαρῖται, οἳ Λάον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον, τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι. Herodot. vi. 21.

LOCRORUM.

—ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, ἐπεὶ Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, μικρὸν ὕστερον τῆς ἀπὸ Κρότωνος καὶ Συρακουσῶν κτίσεως ἀποικισθέντες ὑπὸ Εὐάνθους. Strab. l. vi. c. i. s. 7.

MESMÆ.

Μεδμη a Stephano, et Medama a Strabone nuncupata est. Μεδάμα, πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν, ὁμώνυμος κρήνῃ μεγάλῃ. Strab. l. vi. c. i. s. 5.

METAPONTI.

Conditum esse urbem ab Epeo Nestoris, anno ante C. N. mcclxix, traditur Paterc. l. i. c. 1, sed omnes ejusmodi origines fabulosæ et incertæ sunt. vide Strabon. l. vi. c. i. s. 15. ἠφανίσθη δ' ὑπὸ Σαυνιτῶν. Ἀντίοχος δέ φησιν, ἐκλειφθέντα τὸν τόπον, ἐποικῆσαι τῶν Ἀχαιῶν τινας μεταπεμφθέντας ὑπὸ τῶν ἐν Συβάρει Ἀχαιῶν.——————————
Οἰκιστὴς δὲ τοῦ Μεταποντίου Δαύλιος ὁ Κρίσσης τύραννος γεγένηται τῆς περὶ Δελφοὺς, ὥς φησιν Ἔφορος. Ἔστι δέ τις καὶ τοιοῦτος λόγος, ὡς ὁ

πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸν συνοικισμὸν, Λεύκιππος εἴη. Geographo scribente nondum extabat.

Μεταπόντιον——ὁ πολίτης, Μεταποντῖνος.—Λέγεται καὶ Μεταπόντιος, ὡς Βυζάντιος. Steph. de Urb. Vide A 29, et Rheg. numm.

NEAPOLIS.

—ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς, καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο.——— ὕστερον δὲ Καμπανῶν τινας ἐδέξαντο συνοίκους διχοστατήσαντες.——— —καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. Strab. l. v. c. iv. s. 7.

NUCERIÆ.

Colonia Romana sub Augusto facta esse videtur Nuceria. Vide Tacit. Ann. XIII. 31.

PANDOSIÆ.

—Πανδοσία, φρούριον ἐρυμνόν. Strab. l. vi. c. i. s. 5. Φασὶ δὲ καὶ βασίλειόν ποτε γενέσθαι τῶν Οἰνωτρικῶν βασιλέων τὴν Πανδοσίαν. ib.

PETELIÆ.

Parva Philoctetæ subnixa Petelia muro. Æn. III. 402. Ejusdem forsan est imago in nummis.

Πετηλία μὲν οὖν μητρόπολις νομίζεται τῶν Λευκανῶν, καὶ συνοικεῖται μέχρι νῦν ἱκανῶς· κτίσμα δ᾽ἐστὶ Φιλοκτήτου, φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν. Strab. l. vi. c. i. s. 3.

POSIDONIÆ GRÆCÆ.

A Sybaritis condita est urbs, sexto, aut septimo forsan ante C. N. seculo. Vide Strab. l. v. Συβαρῖται μὲν οὖν ἐπὶ θαλάττῃ τεῖχος ἔθεντο, οἱ δ᾽οἰκισθέντες ἀνωτέρω μετέστησαν. c. iv. s. 13.

POSIDONIÆ OSCÆ, SIVE PHISTULIS.

—ὕστερον δὲ Λευκανοὶ μὲν ἐκείνους (τους Συβαριτας), Ῥωμαῖοι δὲ Λευκανοὺς ἀφείλοντο τὴν πόλιν. Strab. l. v. ib. Quo tempore a Lucanis capta sit parum constat, sed e nummis utriusque gentis ibi cusis, ineunte quarto ante C. N. seculo fuisse crediderim.

POSIDONIÆ LATINÆ, SIVE PÆSTI.

Colonia deducta est anno ab U. C. CCCCLXXX, ante C. N. CCLXXIV. Liv. Ep. l. XIV.

RHEGII.

Urbs antiqua et præpotens expugnata et graviter afflicta est a Dionysio, anno secundo Olympiadis XCVIII. ante C. N. CCCLXXXVII. Diodor. Sic. xiv. 111. Nummi ærei maxima ex parte post, argentei omnes ante captam cusi fuisse videntur. Barbatum fuit signum Apollinis in templo Hierapolitano Syriæ; atque ejusdem credo sigillum in nummis A 1-2. *μοῦνοι δὲ οὗτοι (Συροι) Ἀπόλλωνος γενειήτεω ξόανον δεικνύουσι———— μοῦνοι Ἀπόλλωνα εἵμασι κοσμέουσι.* Lucian. de D. S. 35. Vide Ovid. in Midæ cert. et num. Rheg. et Lamps.

Κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Ῥήγιον Χαλκιδέων·————ὡς δ' Ἀντίοχός φησι, Ζαγκλαῖοι μετεπέμψαντο τοὺς Χαλκιδέας, καὶ οἰκιστὴν Ἀντίμνηστον συνέστησαν ἐκείνων. Ἦσαν δὲ τῆς ἀποικίας καὶ οἱ Μεσσηνίων φυγάδες τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, καταστασιασθέντες ob injuriam Lacedemoniis illatam, quam vindicatam volebant. Strab. l. vi. c. i. s. 6.

—ἀπέκαμπτον εἰς κύκλωσιν, ὅπως ὥσπερ ΓΑΜΜΑ *ἑκατέρωθεν τὴν ἑαυτῶν τάξιν ποιήσαντες, πάντοθεν ἅμα μάχοιντο.* Xenoph. *Κυρ. παιδ.* l. vii.

A 3. Item (veneficium est) poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in conciliis ducum potestatumve fieri vetuere majores, velut omnem actum impedientia. Vetuere et sacris, votisve, simili modo interesse. Plin. Hist. Nat. l. xxviii. s. xvii.

SIRIS.

Colonia Ionica fuit urbs antiqua, quæ Heracleia nuncupata est a Tarentinis colonis, qui eam occupabant anno ante C. N. CCCCXXXIII. Diodor. Sic. xii. 36.—Heraclia, aliquando Siris vocitata. Plin. H. N. l. iii. s. 15. Paulo aliter Strabo—*Σίρις, ἐφ' οὗ πόλις ἦν ὁμώνυμος Τρωϊκή· χρόνῳ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐντεῦθεν οἰκισθείσης ὑπὸ Ταραντίνων, ἐπίνειον αὕτη τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε· διεῖχε δ' Ἡρακλείας μὲν τέτταρας καὶ εἴκοσι σταδίους.* l. vi. c. i. s. 14.

SYBARIS.

Capta et diruta est urbs opibus et luxu celeberrima a Crotoniatis anno ante C. N. DX. Strab. l. vi. p. 379. Græcorum in Italia inter antiquissimas fuisse videtur, vide Diodor. Sic. xii. 9.

TARENTI.

Cretenses fuerunt urbis primi conditores; at Laconum colonia fiebat anno ante C. N. DCLXVI. Strab. VI. p. 402. Florentissimam fuisse quarto ante C. N. seculo nummi aurei et argentei tot et tam pulchri et elegantes satis probant. *τὸ μὲν οὖν παλαιὸν τεῖχος κύκλον ἔχει μέγαν· νυνὶ δ' ἐκλέλειπται τὸ πλέον πρὸς τῷ ἰσθμῷ.————ὁ τοῦ Διὸς ἵδρυται κολοσσὸς*

χαλκοῦς, μέγιστος μετὰ τὸν Ῥοδίων.——— *ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ χαλκοῦς ὁ κολοσσικὸς, Λυσίππου ἔργον, ἀνάθημα Μαξίμου Φαβίου τοῦ ἑλόντος τὴν πόλιν.* Strab. l. vi. c. iii. s. 1. *Τάραντα δ' ὠνόμασαν ἀπὸ ἥρωός τινος τὴν πόλιν.* ib. s. 2. *Ὕστερον δὲ ἀποικίαν Ῥωμαίων δεξάμενοι καθ' ἡσυχίαν ζῶσι.* ib. s. 4. E nummis Tarantem delphino insidentem exhibentibus fabula forte de Arione citharædo a delphino servato originem sumpsit. vide Herodot. l. i. c. 24.

A 8. Quid velit nomen ΚΥΛΙΝ, nisi Σ sit pro ΣΩΝ vel ΣΩΖΩΝ, et illud fuerit dialecto Tarentina, qua, ut in aliis Italicis semi-barbaris, Κ pro Π et Υ pro Ο usurpata essent, ΠΟΛΙΝ; ita ut Taras *σωτηρ* esse *της πολεως* vel *σωσιπολις* alio modo loquendi significaretur.

TERINÆ.

Capta et direpta a Bruttiis est Terina anno ante C. N. CCCLVI, atque incolæ in eorum gentem et rempublicam recepti. Diodor. Sic. l. XVI. 15. —*Τερίνα, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν, οὐ δυνάμενος φυλάττειν.* Strab. l. vi. c. i. s. 5.

THURII.

A colonis Atheniensibus condita est urbs florentissima anno tertio Olympiadis LXXXIII. ante C. N. CCCCXLVI. in situ quæ fuerat Sybaris; atque nonagesimo post conditam anno a Bruttiis capta et in eorum rempublicam recepta. Diodor. Sic. l. xii. 10, et xvi. 15. Postea colonia Romana facta est nomine Copiæ. Strab. l. vi. p. 379. Steph. in Θουρ.

VALENTIÆ.

Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus. Plin. H. N. l. iii. s. 10.

VELIÆ.

Phocæenses Cyri duces fugientes anno ante C. N. DXXXIX, Corsica relicta, et XL e LX navibus in prælio cum Tuscis et Pœnis submersis, *ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνοτρίης ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται.* Herodot. l. i. 167. vide et Strab. l. vi.; qui Antiochum, Herodoto tam auctoritate quam ætate minorem, secutus est.

ITALIÆ ETRUSCÆ, OSCÆ, LATINÆ, &c.

ÆSERNIÆ.

Αἰσερνία δὲ καὶ Ἀλιφαὶ ἤδη Σαμνιτικαὶ πόλεις εἰσὶν, ἡ μὲν ἀνῃρημένη κατὰ τὸν Μαρσικὸν πόλεμον, ἡ δ' ἔτι συμμένουσα. Strab. v. c. iii. s. 10.

ANCONÆ.

Πόλις δ' Ἀγκὼν μὲν Ἑλληνὶς, Συρακουσίων κτίσμα, τῶν φυγόντων τὴν Διονύσου τυραννίδα. Strab. l. v. c. iv. s. 2.

ARPORUM.

Ἐκαλεῖτο δ' ἐξαρχῆς Ἄργος ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππη, εἶτα νῦν Ἄρποι. Strab. l. vi. c. iii. s. 9.

CANOSÆ, SIVE CANUSII.

—πόλεις, ἔν γε τῷ πεδίῳ, μέγισται τῶν Ἰταλιωτίδων γεγοννῖαι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Καννύσιον καὶ ἡ Ἀργυρίππη, ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσίν. Strab. l. vi. c. iii. s. 9.

CAPUÆ.

Capua colonia Romana sub Augusto facta esse videtur. Plin. H. N. l. xviii. s. 29. Nummi ante excidium ejus in bello Punico secundo cusi esse videntur.

INDEX GEOGRAPHICUS.

PELOPONNESUS ET INSULÆ ADJACENTES.

CRETA.

CYCLADES INSULÆ.

[a] Sic in Indice. [b] Sic in Descriptione.

Reges.

Cyprus Ins.

ASIA ULTERIOR.

Reges.

AFRICA GRÆCA.

AFRICA PUNICA ET LATINA.

REGES.

MARIS INTERNI INSULÆ.

SICILIA.

INDEX

CIVITATUM, GENTIUM, PROVINCIARUM.

* Plarasa vel Aphrodisias Cariæ. Vide Pellerin Rec. t. ii. p. 130. *R. P. K. in chartula nummo apposita.*

INDEX REGUM ET PRINCIPUM.

LONDINI:

EX OFFICINA GULIELMI NICOL.

